



IVSTINI
EX TROGO POMPEIO
HISTORIA, FIDELISSIMA RE-
cognitione nunc postremò, collatis ad autorem & Græcis & Latinis Historicis, pristinæ veritati restituta.

ADIECTAE SVNT PRAETEREA ET Monarchię ad calcem libri huius: vnde quibus & quandiu quisq; Regum imperârit, deprehendere facilè est: plurimum ad historiarum lectionem facientes.

Cum Indice locupletissimo.



COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud Ioannem Gymnicum, sub Monocerote, M. D. LXXX.

Contus Posnan. S. Dominici Trin. Pag.

BIBLIOTEKA KÓRNICKA
14000

AD BENEVOLVM LECTOREM.



TImonem Nicæum ab Arato interrogatum, qua ratione Homeri libros quàm emendatissimos consequi posset, respõdisse ferunt: si eos, qui omnium minimè essent emendati, sibi compararet. Et rectè sanè ac prudenter Timon. Neque enim librariorum tantùm in transcribendis autoribus negligentia, verùm eorum etiam, qui tam facilè in optimos quosq; autores censurã agunt, temeritate & inscitia factũ crediderim, quòd tot clarissimorũ hominum egregia scripta ac monumẽta, quibus nihil esse debebat sacrosanctius, tam deprauata ac vitiata passim iam extare videmus. Poterat itaq; cùm hæc res, tum quod iam dudum fertur, esse qui Trogum ipsum tot iam annis exulantem, nobis sint reducturi, & restituri, nos à consilio recognoscendi Iustini reuocare, nisi & ista, si qua tamen est, Trogi êditione diutius nos suspendi, & tanto à iuuentute studio Iustini compendium adeò deprauatum, purius & emendatius desiderari vidissem. Et referebat certè permultum, expectari à nobis Trogum ipsum: cùm Iustinum nisi ex fonte ipso, vnde hæc omnia profluxerunt ac dimanârunt, restituere neque facilè possis, neque ferè ratione alia conueniat. Sed quid facias, vbi rem sine magna studiorũ iuuentutis iactu-

ra diutiùs extrahi nequaquam posse, & de Trogo etiam nunc plerosque dubitare cernas? Atque vtinam tandem isti quantam vbique Trogi expectationem concitârunt, tantam à bonis omnibus gratiam inire optimo autore proferendo & producendo pergerent. Cùm enim egregiè illi de studiosis mereri videantur, qui commentarium Iustini, qui quanquam etiam suis ille ornamentis non careat, tamen historiæ quasi σκιογραφίαν tantum quandam exhibet, subinde accuratiùs recudunt: quantò plus illis debebitur gratiæ, qui thesaurum ipsum tam præclarum autorem quasi ab Orco recudem nobis in lucem fecerint, qui res cùm Græcorum, tum Romanorum, non primis lineis, sed viuis coloribus expressas ac depictas, spectandas proponit? Porrò neq; rectè senserint, vbi Trogum ipsum, qui pollicentur, ostenderint: neque simpliciter ingrati fuerint adolescentes, si qui putarint Iustini compendium prorsus abÿciendum. Nam vt maximè puriores ex fonte hauriantur aquæ, tot tamen in hoc auctore egregiè virtutes merentur, vt optimus commentarius & conseruetur, & adolescentibus sit quàm commendatißimus. Vt enim in narrando autoris grauitatem, & vbique aptam historiæ seriem & ordinem (quæ virtutes vel potißimum historicum commendant) præteream, quid est illa Iustini breuitate, qua tot regum, gentium, ac populorum res gestas in tam paruum commentariolum contulit, admirabilius? quæ quantum ad res omnes, tum percipiendas, tum in animo retinendas cõferat, quis non videt? Quare hoc compendiũ sine vetustate, siue Typographorum negligentia adeò corruptum,

ruptum, dignum arbitrabar, quod à tot mendis repurgaretur, & nitidiùs transcriberetur. Quid verò præstiterimus, & qua fide & diligentia in eo recognoscendo simversatus, ij demum intelligent, qui cum veteribus nostrum exemplar conferent. Et quanquàm plurimis & variis codicibus vsi simus, tamen nullus ex his fuit, in quo aut non permulta desideraremus, aut cuius lectione multùm simus adiuti. Porrò cùm viderer ex ista lectionũ varietate quasi (quod dici solet) ἐκ πολλῶν ἀχύρων ὀλίγον καρπὸν συνάγειν, tutißimum ac optimum apparebat, si rem ad fontes ipsos Græcos autores reuocarem: quorũ autoritas, si quid Trogus à nostra lectione, quod futurum videtur, paululum recesserit, aut variauerit, facilè delicti nobis gratiam verebitur. Neque enim peccare videntur, qui cum istis errant. Nam quod talium autorum fieret exemplo, etiam iure fieri prudentes quidem putârunt,

Vale.

INDEX HISTORIA-
RVM QVAE IN IVSTINI
Epitome continentur.

A.

Abderitæ fugati à ranis & muribus 168
Aborigines primi cultores Italiæ 328
Abdolominus rex Sydoniæ factus 116
Abraham 283
Aceſines 135
Achæi victi cæſiq; 277
Aetoli vincuntur à Romanis 267
Adulteria ſeuerè Parthi puniunt 316
Acacides 161
Aegæus 26
Aegyptiorũ cõtinentia 18
Aeneę in Italiã aduẽtus 329
Aeolides inſulæ 52
Aeolus 53
Aetna 52
Aetolorum ſuperba reſponſio 244
Aetolorum ſenatus Romã miſſus 276
Aes Corinthiacum 278
Afrorum ad Agathoclẽ defectio 214
Agathocles Lyſimachi filius veneno necatur 177
Agathocles bis vincitur 211
Agathoclis audacia, qui victus, victoribus bellum infert 210
Agathocles bellũ ex Sicilia in Africam transfert 211
Agathoclis oratio ad milites ibi.
Agathoclis egregia victoria de Carthaginenſib. 212
Agathocl. ſucceſſus 214
Agathocles in Siciliã reuerſus, totius inſulę imperium occupat 216
Agathocles vincitur à Pœnis 216
Agathoclis fuga ibi.
Agathocles Siciliæ tyrãnus ex patre figulo natus 206
Agathoclis mores 209
Agathocles tribunus militũ creatur ibi.
Agathoclis geſta ibi.
Agathocles obſidet Syracuſas ibi.
Agathoclis laus 218

Aga-

Agathocl. morbus ibid.
Agathoclis exitus 219
Agathoclea 253
Agas rex Cyrenarum 239
Agathocles prętor Syracusis constituitur 208
Agesilaus 71
Agesilai laus ibid.
Agis boni imperatoris exēplum 124
Alba longa CCC. annis regni caput 326
Albani in oriente ex Italia oriundi 323
Alcibiades insimulatur mysteria Cereris enunciasse 57
Alcibiades in exilium profectus ibid.
Alcibiades ad Tissaphernē profugit 58
Alcibiadis callidū ingeniū 59
Alcibiades exul in patriam redit 61
Alcibiadis laus ibid.
Alcibiadis secundum exilium 62
Alcibiadis interitus 66
Alexandri laus 81
Alexādri factum in legatos Persas 82
Alexander Athenas mittitur 98
Alexander Philippi pater regnat 83
Alexāder cum matre suspectus de parricidio 100
Alexander Magnus à patre in castra accersitus 94
Alexandri ætas & indoles 106
Alexander Græciæ dux constituitur ibid.
Alexandri celeritas 107
Alexandri in cognatos crudelitas 109
Alexander cum exercitu in Asiam profiscitur 109
Alexandri exercitus 110
Alexander Gordiū nodum solvit 112
Alexander in morbum incidit 113
Alexandri & Philippi comparatio 102
Alexādri ad Issum victoria 114
Alexandri clementia 115
Alexāder luxū sectari quando ceperit ibid.
Alexander in Syriam profiscitur 116
Alexāder ad Ammonē proficiscitur 117
Alexāder Iouis filius adpellatus ibid.

Alexandri insolentia ibid.
Alexandri humanitas 118
Alexandri magnanimitas 119
Alexandri somnus ibid.
Alexãdri ad suos oratio 120
Alexandri virtus ibid.
Alexandri de Dario victo-ria 121
Alexander Dariũ persequi-tur 123
Alexadri fortitudo insignis 133
Alexander vulneratus 136
Alexander Epiri rex 125
Aaxandri luxus in Persis 127
Alexandri crudelitas 129
Alexander Satyram vxorẽ duxit 137
Alexandri audax facinus 138
Alexandri oratio ad Persas ibid.
Alexandri mors 140
Alexandri hęres 142
Alexandri ætas ibid.
Alexander à Demetrio oc-ciditur 168
Alexãder vltor seruilis cru-delitatis 185
Alexander Prompalus & vi-ta & regno spoliatur 281
Alexãdri ingratitudo & in-solentia 307
Alexander rex subornatus vincitur à Grypho 308
Alexãdri sacrilegium & in-teritus ibid.
Alexandria conditur 129
Amazones 21
Amazonum origo, & vnde dictæ 21. & 27
Amazonum gesta 22
Amazones Athenienses bel-lum intulerunt 23
Amazonum interitus 24
Ambitionis exemplum 132
Amilcar 193. & 210
Amilcar occiditur 194
Amilcari Amilco succedit ibid.
Amilcar moritur 210
Amilcar Rhodanus 207
Amilconis quereia 194
Amilconis exitus miserabi-lis 195
Amyntas 81
Amyntæ Alexandri Magni aui proles 83
Amphytrion 26
Artabanus 42
Amulius 329
Anaxilaus 128
Andragoras 54
Anchora naturalis nota An-tiochi & eius nepotũ 167
Annibal Carthasinensium dux

dux 248
Annibalis nomen terribile 258
Annibalis prudentia 259
Annibalis ex Africa fuga ibid.
Annibalis consilium de bello contra Romanos gerendo. 260
Annibalis & Antiochi de bello gerendo consilia 262
Annibalis astutia 272
Annibalis de Romanis iudicium 263
Annibalis fuga in Cretam 272
Annibal cõiectis in nauem serpentibus vincit 273
Annibalis temperantia & moderatio ibid.
Annibalis mors ibid.
Antiope 23
Antiope capitur 24
Antigonus vincitur, & occiditur 169
Antigonus superatur à Pyrrho 136
Antigonus Philippi tutor 246
Antigonus diadema regiũ propter seditionem abjicit. 246
Antigonus bellum Spartanis infert ibid.
Antigoni moderati victoris exemplum 247
Antigoni mors 248
Antigonꝰ vincitur ab Alexandro Pyrrhi filio 238
Antiochia 167
Antiochus Soter Syriæ & Asiæ rex 222
Antiochus ibid.
Antiochi bellum aduersus fratrem 241
Antiochus fratrẽ metuens, ad hostem confugit 242
Antiochi mors ibid.
Antiochi Sedetis in Parthos bellum 304
Antiochus Theos 239
Antiochi negligẽtia in parando bello 263
Antiochus vincitur 264
Antiochi legatio ad cõsules pro pace tenenda 265
Antiochus vincitur à Scipionibus 267
Antiochus Magnus in sacri legio interficitur 269
Antiochus Epiphanes, Ptolemæo Epiphani infert bellum 278
Antiochus Epiphanes moritur 279
Antiochus Sedetes Syriæ rex 278

Antiochi successus 304
Antiochus Sedetes vincitur & interficitur 305
Antipater insidiarũ autor 140
Antipater interficitur 73
Antonius à Parthis vincitur 326
Aquileia 272
Arbaces præpositus Medis 4
Arbaces rex 5
Archagati mors 216
Argæus 81
Argyraspides 132.157
Argyraspides vincũtur 157
Argonautæ 329.& 271
Aristoteles Alexandri præceptor 143
Aridæus frater Alexandri 142
Aridæum pedites regẽ constituunt 146
Aridæus occiditur 161
Arymbas 85.& 179
Aristotimus Epirorũ tyrannus 236
Aristotimus occiditur 237
Ariarathes rex Cappadocię 280
Ariarathes per dolũm à Mithridate obtruncatur 292
Aristonicus in carcere necatus 287
Ariobarzanes Cappadociæ rex 294
Ariobarzanes Romam aufugit ibid.
Aristæi inuenta 154
Arsynoë 178.& 225
Arsynoen Ptolemæi soror 224
Arsacides rex Parthorum 282
Arsaces Parthorum imperium inuadit 317
Arsaces Parthicum regnũ format 318
Arsaces Parthis is, qui Persis Cyrus ibid.
Arsaces II. 319
Arsyrice 176
Arrogantia 154
Armenij gentis & regni origo 322
Armenius comes Iasonis ibid.
Armenius Armeniam condidit 323
Arsaces dicũtur omnes Parthorum reges 318
Artaxerxes rex Persarum 43
Artaxerxis filij 103
Artaxerxis mors 104
Artemisia muliebris fortitudinis exemplum 37

Artobarzanes 31
Artamenes rex Cappadociæ 242
Artobanes rex Parthorum VII. 321
Ascanius 329
Asdrubal 192
Asdrubal moritur ibid.
Asia communis regum præda 242
Asiam Scythæ vectigalem fecerunt 21
Assyriorum regnum transfertur ad Medos 5
Astyages Harpago filiũ comedendum proponit 7
Astyages ex rege fit præfectus Hyrcanorum 9
Astyages rex 5
Astyages capitur 9
Asia cum opibus vitia quoque Romam transmisit 290
Asybi in deditionem accipiuntur 134
Astriopæus 80
Attalus Pergami rex 286
Attali mors 289
Attilij Romani consulis diligentia 264
Athenicnsium origo 25
Athenienses αὐτόχθονες 26
Athenienſium inuenta ibidem
Athenienſium reges 27
Atis ibid.
Αθήνη ibid.
Athenæ incenſæ 36
Athenæ reficiuntur 40
Athenienſium cædes 63
Athenæ obſidentur 65
Athenienſes ſe dedunt Lacedæmonijs ibid.
Athenieſibus triginta rectores conſtituuntur ibid.
Athenæ tyrannorum ſæuitia puniuntur ibid.
Athenienſium virtus morte Epaminondæ enerua-ta 78
Athenienſes Thermopylas occupant 88
Athenienſes impietatis arguuntur ibid.
Augurium 198
Aurum Toloſanum 271

B.

Babyloniæ proditio 16. & 17
Balſamum 294
Barce conditur 137
Battus 153
Bellum Lacedæmoniorum aduerſus Perſas 41
Bellum inteſtinum Græcorum 43
Bellum Peloponneſiacum 49

Bellicus in Persas adparatus 99
Bellum Sicilienſe 54
Bellum Cyri & Artaxerxis fratrum 69
Bellum Philippi cum Athenienſibus 85
Bellum Philippi cum Scythis 94
Bellum Atheniēſibus à Philippo illatum 97
Bellum Atheniēſium cum Antipatro 150
Bellum aduerſus Antigonū 152
Bellum Antigoni aduerſus Eumenem 154
Bellum inter Antipatrum & Alexandrum 170
Bellum aduerſus Demetriū 172
Bellum Sicilienſe 193
Bellum Lyſimachi & Pyrrhi 171
Bella Carthaginenſium & Italorum inter ſe 196
Bellum Crotoniēſium cum Locrenſibus 197
Bellum Agathoclis cū Carthaginenſibus 210
Bellum in Italia ab Agathocle geſtum 217
Bellum inter filium ac nepotem Agathoclis 218
Bellum Græcorum aduerſus Aetolos 222
Belli cauſa inter Antiochū & Demetrium 243
Bellum Antigoni cum Gallogræcis 237
Belli inter Romanos & Antiochum cauſa 258
Bellum Mithridaticum in Romanos 301
Bellum Romanū cum Nabide 258
Bellum Antiochi Magni & Ptolemæi 253
Bellum Romanum cū Philippo 254
Bellum Macedonicum 255
Belli Achaici origo 276
Bellum ciuile in quo Parthi Pompeium ſunt ſecuti 324
Bellum Aeneæ cum Turno 329
Bellum Romanū cum Perſeo Macedonum rege 274
Belgius Gallorum dux 226
Beroe 180
Beronice trucidatur 240
Beſſus victus datur Oxatri 129
Bizantium oppugnatur à Philippo 94

Bizantium à quo conditum ibid.
Byrsa 287
Bomilchar cruci adfigitur 215
Brennus 227
Brennus Deûm cõtemptor ibid.
Brenni & Delphorum copiæ 229
Brenni mors 230
Brunduſium 47. & 125
Brutij vnde dicti 217
Brutiorum virtus 218
Bubares 83
Bucephale condita 134

C.

CAedes ab Agathocle paratæ 209
Candaules 11
Cambyſes Perſarum rex ſecundus 13
Cambyſes Deorum Aegyptiorum ædes diruit. ibi.
Calamitas in exercitu Xerxis 39
Caramandus 294
Caranus 80
Caranus necatur 106
Catanenſes 54
Caliſthenes 132
Cappadocum calamitas 151
Caſſander 160
Caſſander Theſſalonicē vxorem ducit ibid.
Carthaginenſiũ auxilia Romanis miſſa 182
Carthaginẽſium origo 184
Carthaginenſium imperatores 193
Carthaginẽſium exercitus peſte perijt 194
Carthago conditur 188
Carthago quãdiu ante Romam condita 189
Carthaginenſes à ſuis oppugnãtur militibus 190
Carthaginẽſium edictum, ne quis Græcis ſtuderet literis 201
Carthaginẽſes homines immolarunt 189
Carthaginenſium noua cædes 215
Carthaginenſium res 205
Cartalo 190
Cartalo cruci adfigitur 192
Caput equi & bouis auſpicium Carthaginis 188
Capitolium 328
Caſtor 197
Cecrops 26
Ceraunos 175
Charybdis 53
Chalybes 339
Chariades 44
Chionis in tyrannum conſpiratio 176 & 177

Cimon

Cimon 42
Cydnus 113 132
Cynigeri præclarũ facinus 30
Cyneas Romam cum donis missus 183
Cyrus 7
Cyri callidum consilium 8
Cyri bellum aduersus Medos 8
Cyrus Persarũ rex primus 7
Cyri interitus 12
Cyrus occiditur 70
Cyrene à quo condita 153
Cyrenes fabula 154
Cyprus 187
Cyprorũ mos virgines ante nuptias prostituere ibid.
Cyricænus 309
Cyricænus à fratre Grypho vincitur 310
Clearchus 174
Clearchi sæuitia & crudelitas 175
Clearchi cædes 176
Clearchi tyrannidem adfectantis oratio 174
Clementiæ exemplum in barbaro homine 129
Clementiæ exemplum in Cyro 10
Cleophis concubitu regnũ Cõtinẽtia Aegyptiorũ ibi.
ab Alexandro obtinuit 132
Cleomenes imperatoris egregij exemplum 347
Cleopatra 294
Cleopatræ impietas in liberos 308
Cleopatræ ambitio ibid.
Cleopatra Cyricæno nubit 309
Cleopatræ crudelitas in suos 311
Cleopatræ dignus pro sceleribus exitus ibid.
Clytus ab Alexandro occisus 130
Codrus 27
Codomannus rex eligitur 105
Colchi 272
Cometes ingens 289
Comanus 333
Comani in Massiliẽses insidiæ ibid.
Conon 63
Conon contra Lacedæmonios 64
Cononis laus 71
Constantię exemplum 141. & 173
Consultatio principum de eligendo rege 145
Continentię exemplum 183

Corin-

Corinthus dicuntur 277
Cranaus 26
Craſſus à Parthis trucida tur 324
Critias cadit 67
Crœſus fert opem Babylonijs contra Cyrum 10
Crœſus capitur ibid.
Crœſo in auxilium venit omnis Græcia ibid.
Crotonienſes 197
Crotonienſium vota 198
Crudelitatis exemplum 13. & 43. 54. 129. 164. 196. 202. 221. 302
Crudelitatis pœna 43. & 191
Crudelitatis paternæ exemplum 191
Crudelitas Ptolemæi in liberos 302
Curetes 339

D.

DAci à Getis 272
Dacorum militũ ignominia ibid.
Damaſcus 283
Dardani Macedoniæ fines vaſtant 252
Darius ex equi hinnitu rex electus 15
Darij bellum aduerſus Scythas 17
Darij mors 69
Darij fuga ex Scythia 21
Darij aduentus 113
Darij copiæ ad Iſſum 114
Darij mater, vxor, & filiæ captæ 115
Darij adparatus, et militum numerus 111
Darius capitur 121
Darij mandata iam morientis 122
Darij mors 123
Darij edictum quo prohibentur Pœni humanas hoſtias immolare 193
Delphici templi deſcriptio 228
Delphicum antrum ibid.
Demaratus 33
Demetrius propter adulterium necatur 239
Demetrij Illyriorum regis ad Philippũ oratio 249
Demetrius obſes è Roma fugit 279
Demetrius Soter Syriæ rex. 279
Demetrius Soter vincitur & occiditur 281
Demetrius Demetrij filius Syriæ rex, Parthis bellũ infert 282
Demetrius vincitur 163

Deme-

Demetrij victoria 164
Demetrius Macedoniæ rex 171. & 238
Demetrius turpiter se Seleuco dedit 171
Demetrius rursus Syriæ rex 306
Demetrij pudor 269
Demetrij varia fortuna 303
Demetrius bis ex fuga retrahitur ibid.
Demetrij mors 270
Demetrius vincitur & capitur. 282
Demetrius interficitur 307
Demophon 27
Demosthenes 57
Demosthenes victus sibi mortem consciuit 57
Demosthenis defectionis autor 107
Demosthenes patria pulsus 150
Demosthenes reuocatus ab exilio ibid.
Dercyllides 70
Deucalion 26
Didonis historia 185
Didonis astus 186
Didonis fuga 187
Didonis in Africam aduentus ibid.
Dido locũ, qui bouis corio tegi posset, emit ibid
Didonis mors 189
Diocles interficitur 29
Dion 224
Dionysij senioris gesta 195
Dionysius à Crotoniẽsibus victus 200
Dionysius interficitur 202
Dionysius minor ibid.
Dionysij popularis largitio ibid.
Dionysij fuga ex Syracusanis 203
Dionysij scelera ibid.
Dionysius Syracusis potitur 204
Dionysius in exiliũ abit 206
Dionysius ludimagister ib.
Dionysij crudelitas 204
Doriẽsium cum Atheniensibus simultas 27
Dromiches 171

E.

Dissa vrbs 18
Eleade ad Alexandrum oratio 109
Elephantus spõte se Sandrocotto offert 168
Elisa 185
Epaminondas 74. 173
Epaminondæ mors 78
Epaminondas egregius imperator ibid.
Epistolæ Darij ad Alexandrum 119

Ephestionis mors 139
Epirotici regni origo 179
Epeius Troiani equi faber 196
Erichtheus 26
Eumenes capitur 158
Eumenis capti ad milites oratio ibid.
Eumenis in suos milites imprecatio 159
Eumenis ad Argyraspidas oratio 157
Eumenes vincitur 157
Eumenes Asiā inuadit 245
Eurymedon 56
Europus 80. & 81
Eurydices scelus 83
Eurydice Aridęi vxor 83. & 84
Euridanus 229
Euanthe 254
Eucratides Bactrianorum rex 319
Euander 328
Exautoratio militum 129
Exemplū muliebris fortitudinis Semiramidis 3
Exemplum pietatis erga patriam 27. & 46
Exemplū crudelitatis erga liberos 84
Exemplum paternæ indulgentiæ 103
Exemplum perfidiæ 158
Exemplum fortis & cōstantis animi 159
Exemplū versipellis & fraudulenti animi 174
Exercitus lustratio 184

F.

FAunus rex Italiæ 28
Fatua Fauni vxor ibid.
Fatuari ibid.
Faustulus pastor 310
Ferocis animi exemplum 226
Flaminij ad milites exhortatio 256
fœminarum facinus in Persas fugientes 9
Fortitudo muliebris 162. & 237
Fortitudinis exemplum 166
Fortunę vtriantis exemplū 206
Fortitudo militaris 235
Fortunæ volubilitas 238
Frugalitas 199
Furius 332

G.

GAlleci 344
Galleciæ fertilitas 338
Galli 71
Gallorum legati ad Dionysium 200
Galli cur in Italiam venerint 201

Galli inuadunt Italiam 225
Galli Romam incendunt ibid.
Gallorum descriptio 226
Gallici nominis terror ibidem
Galli vincunt Macedones ibid.
Galli à Delphis vincuntur 230
Gallorum clades in Græcia 231
Gallorum tertia in Macedoniam eruptio ibid.
Galli auri auidissimi ibid.
Galli inuadunt castra Antigoni 232
Galli cæduntur ibid.
Gallogræcia 233
Gallorum perfidia 241
Gallorum crudelitas in coniuges & liberos 237
Gallogræcorum cædes 238
Galli mansuetiorem viuendi rationem à Græcis edocti 332
Gargoris 339
Genus maternum Alexandri 107
Gestonæ in deditionem accipiuntur 135
Geryon 341
Geryonis & Herculis historia ibid.
Gigantes 339
Gyges 11
Gylippus 55
Glaucias 179
Gnidius 281
Gordium 112
Gordij plaustrum ibid.
Græcorum odium in Athenienses 58
Græcorum virtus 70
Græcorum aduersus Lacedæmonios conspiratio 73
Græcorum cõuentus in Corintho 98
Græcorum odiũ in Thebanos 108
Græcorum varij motus 236
Græcorum exercitus deficit à Phraharte 326
Gryphus 308
Gryphinæ crudelitas 310

H.

Habis rex 340
Hanno 201
Hannonis impiũ scelus 205
Hanno cruci affigitur ibid.
Hastæ regum pro diademate insignia 331
Harpagus 6
Harpagi consilium in occultandis literis 8
Helemati amor erga patriam 237

Herculis cum Amazonibus pugna 24
Herculis Alexander filius 143
Heracliēsium matronarum clades 175
Heracleæ vrbis origo 172
Heraclienſium geſta 173
Hierotimus ſexcētos filios habuit 312
Hiarbas Elyſæ nuptias petit 188
Hiero rex 221
Hieronis natales ibid.
Hiero ab apibus educatus ibid.
Hieroni lupus tabulam eripuit ibid.
Hippias 31
Hiſtoriæ fructus 1
Hiſmenias 67
Hiſpania vnde dicta et eius ſitus 336
Hiſpaniæ laus & fertilitas ibid.
Hiſpaniæ flumina 337
Hiſpaniæ ſaluberrimus aër ibid.
Hiſpanorum mores ibid.
Hiſpani militaris rei ſcientia clari ibid.
Hippolyte capitur 23
Hippolytus ibid.
Hippomachus cadit 67
Holofernis ingratitudinis exemplum 280
Horodes 325
Herodis furor ibid.
Humanitatis in hoſtes exēplum 173

I.

Iaſonis hiſtoria 323
Iaſonis geſta ibid.
Iaſonis honores ibid.
Iericho 285
Impietatis exemplum 121. 166. 196. 202. 228. 270. 326. 341
Impietas punita 309
Impietatis erga deos exemplum 36
Impietatis pœna ibid.
Impietas erga cognatos 93
Impietatis in parentem exemplum 103
Impietatis maternæ exemplum erga filios 302. 308
Impietatis in liberos exemplum 302
Indulgētia liberos corrumpit 104
Ingenium Punicum 188
Ingraritudinis exemplum 207. 280
Inſidiæ in autoris caput verſæ 310. 311. 334

Ioseph 284
Iosephi laus ibid.
Iphicrates 74
Israel 283
Istriorum origo 271
Italiæ antiquus status 378
Italia Saturnia dicta ibid.
Iustitiæ exemplum 54
Iudæorum virtus 253
Iudæorum origo 284
Iudæi à Iuda dicti ibid.
Iudæorũ successus & opes 285

L.

LAcedæmoniorum cõtra Antipatrum bellum 51
Lacedæmonij vincuntur 73
Lachetes dux 54
Lamachus 55
Lampedo Amazonum regina 22
Lamponius in Siciliã mittitur 54
Lanthinus 25
Laodice 167
Laodicis impietas 288
Laodicis scelus 290
Laodomia Pyrrhi filia 244
Latinus ex Fauni filia & Hercule. 329
Lauinium ibid.
Legati Philippi in Asiam 99
Legatio Athenienſium ād Philippum 91
Legati Phocensium ibid.
Legati Atheniẽsium ad Alexandrum 107
Legati Romanorũ ad Aetolos 244
Legati Alexãdrinorum 254
Legati Romanorum ad Asiam 277
Leonidæ in tyrannum conspiratio 176
Leonidæ virtus 35
Leonatus occiditur 151
Leo Sandrocotto fudorem detersit 168
Liberi dicti exemplum 29. & 97
Libido 109
Liberalitatis exemplũ 137
Liberorum educandorum mos apud Spartanos & Lucanos 217
Lycurgus 44
Lycurgi præclara instituta ibid.
Lydij iussi Cauponias exercere 10
Lydij molles 11
Lysander 62
Lysander callidus imperator ibid.
Lysias 67
Lysandri interitus 74

Lysimachi laus 165
Lysimachus Leoni obiectus 166
Lxsimachus ab Alexandro vulneratus ibid.
Lysimachia terræmotu euersa 176
Lysimachus victus à Seleuco moritur 177
Locri ad Pyrrhum deficiũt 183
Locrensium vota 198
Ludi Athenis instituti 79
Luctus propter Alexandrũ 144
Luctus publici descriptio 194
Lucanorum virtus 218
Lucus Martis 330
Lupercalia 329
Lupa 330
Lunæ defectio 275
Luxus in Antiochi exercitu 304

M.

MAcedonia antè Emathia 79
Macedones Regem infantem in cunis ante aciem ponunt 81
Machæus Carthaginẽsium imperator exulat 191
Macedones vincũtur à Gallis 275
Macedonũ reges quot fuerint 276
Mago dux Carthaginensium 182. & 192
Magna Græcia 196
Malachus 173
Marthesia 23
Marthesia occiditur ibid.
Mardonius 39
M. Lepidus in Aegyptum mittitur 355
M. Cato Catonis oratoris filius exemplum militaris fortitudinis & audaciæ 275
Mare mortuum 285
Massilienſium origo 332
Massilia vbi condita ibid.
Massilienſium bella & fortia facta 334
Massilienſium cum Romanis amicitia ibid.
Massilenſium erga Romanos studium 335
Massilienſium apud Romanos gratia ibid.
Matthæas rex Scytharum 95
Medæa Iasonis vxor 322
Medus, regnum Medorum constituit 323
Medicum bellum 30
Medius 140
Megarenſiũ cum Athenien-

sibus contentio 28
Menalippe capitur 24
Messenij expugnantur 47
Methona à Philippo expugnata 86
Metapontini 197 & 86
Mezentius 329
Mida 113
Miltiades 30
Militaris fortitudinis exempla 30.35.235
Milonis furor 245 120
Mindarus 60
Miserabile spectaculum 121
Mithridates Arsaces V. 320 273
Mithridatis felicia bella ib.
Mithridates Parthorũ rex VIII. 321
Mithridates per dolũ Ariarathen obtruncat 292
Mithridatis apparatus in Romanorum bellum 294
Mithridatis prima victoria de Romanis 295
Mithridates Ponti rex cum Romanis gessit bellum annis quadraginta sex 288
Mithridatis in pueritia studia 289
Mithridatis venationes ibidem.
Mithridatis bella 290
Mithridatis solertia ibid.
Mithridatici belli causa 291
Mithridatis scelera 290
Mithridatis fraus 292
Moderationis exemplũ 54.
Monarchia Assyriorum I. 2
Monarchia Medorum II. 5
Monarchia Persarum III.
Monarchia Macedonũ IIII. 120
Mors trium insignium imperatorum eodem anno 273
Moses 284. 285
Muliebris ambitionis exẽplum 32
Muliebris crudelitatis exẽplum Gryphina 310

N.

NAbis duobus prælijs à Flaminio subigitur 256
Neoptolemus 280
Neoptolemi perfidia 154
Neoptolemus victus occũbit ibid.
Nereis Pyrrhi filia 245
Nicea condita 134
Nicias 57
Nicomedis fraus 291
Nicomedes Cappadociam inuadit 292

Ninus

Ninus 2
Nini gesta 3
Ninus filius ibid.
Nysa à Libero patre condita 132
Numitor 329
Nuptiæ Alexandri regis Epiri & Cleopatræ filiæ Philippi 99

O.

OChi crudelitas 104
Ochus Armenijs bellū infert 105
Offellam occidit Agathocles 214
Officia boni principis 222
Olympias 85.180.243
Olympias ob stupri suspitionem pulsa 99
Olympiadis crudelitas 101. & 161
Olympiadis fuga 161
Olympiadis mors 162
Olynthus expugnatur 90
Opobalsami descriptio 285
Oratio Alexandri ad milites 114.126
Oratio Demetrij ad Macedones 171
Oratio Mithridatis ad milites 295
Oraculum 124.172.198
Oraculum de Agesilao 71
Oraculum Perdicæ 80
Oraculum de Alexandro Epirota 124
Orythia 23

P.

PAcorus Parthorū rex vincitur & interficitur 325
Palatinus mons 329
Pampatius Arsaces tertius 319
Pan Lycæus 330
Pannonia 225
Parmenio 128
Parricidij crudelis exemplū 169
Parricidia sororum inter se mutua 310
Parthorum origo 314
Parthi Scythico sermone exules dicti ibid.
Parthorum obscurr & servilis conditio ibid.
Parthorum successus 315
Parthiæ situs 121
Parthorum sermo, vestitus & mores 315
Parthorum exercitus ex servis constat ibid.
Parthorum pugnandi ratio 316
Parthorum mores ibid.
Parthorum sepultura ibid.
Parthorum reges 317
Parthorum à regibus Macedoni-

donicis defectio ibid.
Parthi reges suos omnes Arsaces vocant 318
Parthorum cum Romanis bella 324
Parthorum cum Ventidio pugna 325
Parthi signa et captiuos Romanos Augusto miserũt 327
Partheniorum origo 41
Patiĉtiæ exemplum rarum 337
Pausanias perfidi ciuis exẽplum 41
Pausanias restituit vrbem Athenienſibus 68
Paulus Aemilius consul bellj Macedonici imperator 275
Penaxagoras 24
Penthesilea ibid.
Peranus 332
Perdicas 80
Perdica 142
Perdicæ simulatio 152
Perdicæ constantia 147
Perfidiæ exemplum 42. & 50.54.89.216
Perfidiæ pœna 43
Pericles dux eligitur 20
Perſæ victi 29
Persarum mos adorandi reges 72
Persarum copiæ 111
Persarum cædes ibid.
Persarum imperium finitur 319
Perseus impietatis erga fratrem & patrem exemplũ 270
Persei fuga 275
Perseus Macedonum rex 274
Perseus capitur 276
Persepolis capitur 121
Phalanti pietas 47
Pharnaces Arsaces quartus 319
Pharnabasus 61
Philippus obses Thebis 79
Philippus 81
Philippi Alexandri Magni patris genus 83
Philippo defertur imperiũ 84
Philippi laus 88
Philippi sæuitia in Thebanos 98
Philippus trucidatur à Pausania satellite 99
Philippi scelera 89. 93
Philippi iniustitia 90
Philippus vulneratur 96. & 99
Philippi eloquentia 102
Philippi & Alexandri comparatio ibid.

Philippus rex Macedoniæ 248
Philippus rex Macedoniæ Romanis bellum infert 253
Philippi pax cum Romanis 249
Philippus moritur postquã regnasset annis XLII. 270
Philippus vincitur à Roma nis 257
Philopœmenes dux Achęorum constituitur 260
Philopœmenes capitur ib.
Philopœmeni venenũ datum ibid.
Phocenses templũ Delphis occupant 87
Phocensium calamitas 92
Phocenses Tarquinij temporibus in Italiam traiecerunt 332
Phrahartes Parthorum rex VI. 320
Phrahartis consilium 304
Phrahartis cum Schytis bellum 321
Phrahartis immania parricidia 326
Phrahartes propter crudelitatem è regno pellitur. ibid.
Phrahartes in regnũ restituitur ibid.
Phrahartis ad Cæsarem legatio 327
Pietatis exemplum 42 & 235.319
Pygmalion 185
Pyrrhi aduersus Romanos expeditio 178
Pyrrhus ACHILLIS filius 179
Pyrrhi successores ibid.
Pyrrhus paruulus in Illyrios defertur 180
Pyrrhi in Italiam aduentus 181
Pyrrhi victoria 182
Pyrrhus Epiri rex 171
Pyrrhi ex Italia excessus 233
Pyrho traditur Sicilia 183
Pyrrhi varius successus 134
Pyrrhus Sicilię rex vocatur 220
Pyrrhi bellica virtus 234
Pyrrhi bellum aduersus Lacedæmonios ibid.
Pyrrhi & Lysimachi bellũ 172
Pyrrhi mors in Argis 235
Pyrrhus à Pœnis nauali prędio viuus ibi.
Pyrrhi vxor cum duobus filijs moritur 245
Pyrrhi laus 235
Pyrenæi montis spatiũ 337

Piraticum bellum 312 & 279
Pisistratus 28 Prusias à filio necatus 280
Pythagoras deq; eius peregrinatione 198 Ptolemæus vulneratus 225
Pythagoræ doctrina apud Crotonienses 199 Ptolemæus Philadelphus 178
Pythagoræ mors 200 Ptolemæi solertia ibi.
Plinos 21 172 Ptolemæus Lagus moritur
Pœni in Sicilia vincuntur 213 Ptolemæus Ceraunus rex Macedoniæ 223
Polystratus Dariũ telis confossum reperit 122 Ptolemęi nuptiæ cum sorore 214
Polypercon occiditur 155 Ptolemæus Philopater 248
Pollux 197 Ptolemæus Euergetes 238
Pompei Trogi genus & maiores 335 Ptolemæi scelera 253
Popilius exemplum prudẽtis & constantis viri 278 Ptolemæus exemplum corrupti & intemperantis principis ibi.
Porus capitur 133 Ptolemæi mors 254
Praxaspes 13 Ptolemæus Phisco Cyrenarum rex 301
Prælium cum Tribalis 96 Ptolemæi Phisconis mors 309
Prælium Alexandri & Darij in Arbelis 120 Ptolemæus Lathyrus in regnũ Syriæ restituitur 312
Præda ex Persis 121 Ptolemęus Appio populum Romanum hæredẽ scripsit ibid.
Prodigij interpretatio 121
Prodigia in Mithridatis ortu 289
proditionis exemplum 216
Prompalis infimę sortis homo Syriæ regnum occupat 281
Prudentię exemplum in Eumene 156
Prusias rex Bythinię 272

R.

RAtio gerendi belli cum Romanis 263
Reges quales olim 2
Regũ arbitria pro legibus erant ibid.

Regum

Regum contētio de Cappadociæ regno 293
Rhea virgo Vestalis 319
Rhegiū vnde appellatū 52
Rhetia à Rheto duce Thuscorum 201
Rhetus dux Thuscorū ibid.
Remus capitur 330
Romam Galli incendunt 225
Romani per Seruilium insidias Annibali parāt 259
Romanorū & Ilienſiū congratulatio 266
Roma à Gallis capta 76
Roma condita à Romulo 331
Romanorum Senatus ibid.
Romani respuerunt mūneraPyrrhi 183
Romani orti ab Ilienſibus 266
Romulus & Remus aliti à lupa 330
Romulus & Remus geniti Marte ibid.
Toxane à Cassandro interfecta cum filio 164
Roxanæ vxor Alexādri Magni 142

S

SAbbathi institutio 285
Sacer mons 132. 339
Sacrilegij vltio 271
Sagillus 23
Salamina 338
Sandrocottus 166
Sardanapalus rex Assyriorū postremus 4
Sardanapalus vir muliere corruptior ibid.
Satyrus 176
Saturni regna 328
Saturnalia ibid.
Saus 272
σκῆπτρα 331
Scylla 52
Scipio exemplū fortitudinis 265
Scytharum origo 17
Scytharum cum Aegyptijs de vetustate generis cōtentio 18
Scythiæ descriptio 19
Scytharum mores ibid.
Scytharum fortia facta 21
Scythæ ex Asia ab vxoribus reuocati 21
Scythici belli origo 95
Scordisci 271
Scolopythus 21
Seditio militum 138
Seleuci origo 167
Seleuci gesta 168
Seleuci mors 178. 241
Seleuci Gallinici naufragium 240

Seleu-

Seleucus Gallinicus rex Syriæ ibid.
Seleuci parricidium ibid.
Semiramidis astus & gesta 3
Seruorũ in Tyro in dominos conspiratio 184
Seruorum in dominos crudelitas ibid.
Sybaris 8
Siciliæ descriptio 52
Sichæus occiditur 186
Siculi freti angustiæ 14
Sinai mons 284
Syracusanorum cum Dionysio bellum 203
Syrij olim Assyrij dicti 4
Syriæ à Demetrio defectio 306
Syria in Romanam prouinciam redacta 314
Sysigambis mater Darij 144
Smerdis Cambysis frater à Mago occiditur 13
Solis defectus 212
Solon 27
Solonis astus ibi.
Somnium Astyagis 6
Sophocles dux eligitur 49
Sosthenis virtus 227
Spacon 6
Spartanorum virtus 35
Spartanorum senũ virtus 160
Spartanorum constãtia in aduersa fortuna 240
Stratagema Astyagis 9
Stratagema Cyri 12
Stratagema Scytharum aduersus seruos 14
Stratagema Cranai ridiculum 80
Strato rex creatur 184
Stratonis solertia 185
Sulpitius consul 276
Suniator 201

T.

TAnais 2
Tarentum 47
Tarsus 115
Tartesiorum saltus 142
Tectosagi 271
Telegonus 80
Terræmotus 176 & 156.313
Tessalonus 229
Teucer 338
Thalestris Alexandrum fuscipiendi sobolis causa adijt 126
Thebanorum stultum consilium in eligendo exter no duce 88
Thebani vincuntur ab Alexandro 108
Thebanum excidium 109

Themistoclis laus 37
Themistoclis gloria 38
Theodotus mille vrbium Bactrianorum præfectus 317
Theogena Agathoclis vxor 218
Theramenes exemplum iusti viri 66
Theseus 26
Thrasybulus exemplũ pietatis erga patriam 67
Thusci à Gallis sedibus pulsi 201
Tigranes rex Armeniç & Syriæ 313. & 294
Tigridis fluuij descriptio 323
Tyranni ex vrbe pulsi 68
Tyranni trucidantur ib.
Tyranni εἰκών 203
Tyrannis nulla perpetua 206
Tyrannicæ crudelitatis exemplum 207
Tyridates ad Cæsarẽ profugit 327
Tyrij Alexandro coronam auream mittunt 116
Tyrtæus poëta 48
Tyrus obsidetur 116
Tyrus quando condita 184
Tomyris 11
Trifo regnum Syriæ inuadit 288
Trinacria 53
Triptolemi inuentum 26

V.

VEllus aureum 322
Veneni vis 141
Vexores primum Scythis bellum intulit 21
Vexores 3
Victoriæ moderatæ exemplum 159
& 303
Victoriæ Cyri de Massagetis 12
Victoria Græcorum ad Salaminem 38
Victoria Græcorum ad Platæas 40
Victoria Lysandri 64
Victoria ad Chyronęã Philippi 56
Victoria Locrensiũ de Crotoniatis 198
Victoria Luculli clarissima 313
Virtutis reuerentia 278
Viriatus Hispanorum dux 338
Viriati moderatio ibid.
Vrbes à Gallis conditæ 201
Votum Locrensium de prostituendis virginibus 204
Vticæ conditio 282

Xerxes

X.

XErxes 32
& 35
Xerxis exercitus imbre & fulminibus deletus 36
Xerxes sustulit templa Asię ibid.
Xerxes Athenas incendit 36
Xerxes cum dijs bellum gerit ibid.
Xerxes primus Iudæos domuit 286
Xerxes effœminati ducis exemplum 33
Xerxis fuga 39
Xerxes trucidatus 43

Z.

ZEbenna Protarchi filius Alexãder appellatus rex Syriæ constituitur 306
Zopyri dolus 16
Zopyron à Scythis cum omni exercitu deletus 26
Zopyrus cæsus cũ omnibus copijs 126
Zoroastes magicæ artis inuentor 3

Finis Indicis.

DE LAVDIBVS HISTORIAE.



I quàm certa habet ad vitam documenta historia, tam ea sit excerpere & vsurpare cuius expeditum, mortalibus omnibus rectà proximâque in vberrimos & fructuosissimos historiæ campos sine mora irrumpendum iudicaremus. Quandoquidem vix detur alia literarum pars, quæ plus aut voluptatis, aut vtilitatis studiosis adferat, quam diligens sedulaq; historiarum lectio. Sunt enim historiæ, nihil aliud, quàm sapientiæ diuinæ, seu legis Dei, gubernatricis imperiorum, & vitæ priuatæ exempla illustria, in summorum Regum & Ciuitatum & magnorum virorum rebus gestis expressa, & vt Thucidides testatur, Historia est perpetuus exemplorum thesaurus, & expressa totius vitæ humanæ imago, ad omnia mundi tempora congruens atque conueniens. Nam quemadmodum in omnibus artibus Paradigmata proponuntur, ita etiam in Historijs exempla ob oculos depicta, quæ singulis priuatim in suo genere conueniunt, extant. Quin cùm & in exemplis & factis longè clarius cernitur quæ sit dignitas virtutum, & rursus quæ turpitudo sit inhonestatis & vitiorum, quàm in præceptis. Rectè itaque dictum est, historiam esse thesaurum omnibus vtilissimum. Quippe quàm testem temporum, lucem veritatis,

memo-

memoriæ vitam, & vetustatis nunciam Cicero & Herodotus definiuêre: planè enim extingueretur in humano genere memoria rerum veterum, & ante nostram memoriam gestarum, nisi literarum & historiæ monumentis consignarentur. Cuius cognitio præterquam quod est iucundissima, incredibilis est non ad vitam modò, sed artes quoque omnes vtilitas. Quæ quãtopere animos humanos delectet & reficiat, indicio sunt aniles fabulæ, quas ob id solùm summa cum voluptate audimus, quod aliquam historiæ faciem præ se ferant. Quis autem non aures illicò & animum erigit, si narrari audiat insolitum aliquid, admirãndum, pulchrum, liberè factum, dictúmue; ex ijs præcipuè quorum historia referti ssima sunt. Vtilitas verò, imò etiam necessitas quotidiè in vita deprehenditur: nemo enim patrem, nemo maiores suos nosset, nemo ius suũ aut alienum vel scire posset, vel obtinere, nemo quam regionem incolat, quomodóue illuc peruenerit, nemini sua possessio certa & rata esset, nisi Historiarum munere. Quid dicam, ad capessendam rempubl. & populi negotia administranda, quantum adferat momenti & vtilitatis, indies experiuntur, quorũ cõsilijs respublica gubernatur. Quamobrem cùm tam iucunda, necessaria & vtilis sit historiarum cognitio, quis, nisi mentis impos omnem operam in perlegendis historijs non collocaret.

Vale.

IVSTI-

IVSTINI HISTORICI CLARISSIMI, IN TROGI POMPEI *HISTORIAS* EXodium, ad Antonium Imperatorem.

QVVM multi ex Romanis, etiam consularis dignitatis viri, res Romanas Græco peregrinoq; sermone in historiam contulissent, seu æmulatione gloriæ, seu varietate & nouitate operis delectatus vir priscæ eloquentiæ Trogus Pompeius, Græcas & totius orbis historias Latino sermone composuit, vt cùm nostra Græcè Græca quoque nostra lingua legi possent, prorsus rem magnam & animi & corporis adgressus: nam cùm plerisque autoribus, singulorum Regum vel populorum res gestas scribentibus, opus suum ardui laboris videatur, nónne Pompeius nobis Herculea audacia orbem terrarum aggressus videri debet, cuius libris omnium sæculorum, regum, nationum, populorumq; res gestæ continentur? Et quæ historici Græcorum, próut commodum cuique fuit, inter se †gregatim occupauerunt, omissis, quæ sine fructu erant, ea omnia Pompeius diuisa temporibus, & serie rerum congesta composuit. Horum igitur quatuor et quadraginta voluminum (nam totidem ædidit) per otium, quo in vrbe versabamur, cognitione quæq; digna excerpsi. Sed omissis his, quæ nec cognoscẽdi voluptate iucunda, nec exemplo erant necessaria, breue veluti corpusculũ florum feci: vt haberent, & qui Græca didicissent, quo

Narratio & occasio operis.

A rei difficultate.

Argumentũ à minori ad maius.

†certatim.

Consilium instituti operis.

Et delectat historia, & conducit ad mores.

Dedicatio. *admonerentur: & qui non didicissent, quo instruerentur. Quod ad te, Imperator Antonine, non tã cognoscendi, quàm emendandi causa transimis: simul vt ostij mei, cuius & Cato reddendam rationem putat, apud te ratio constaret. Sufficit enim mihi in hoc tempore iudicium tuum, apud posteros, cùm obtrectationis inuidia decesserit, industriæ testimonium habituro.*

Virtututem odimus, sublatam ex oculis quærimus inuidi.

LIBER. I.

Exordium. Regum prima imperia.

PRINCIPIO rerum gentium, nationumque imperium penes Reges erat, quos ad fastigium huius maiestatis non ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio prouehebat. Populus nullis legibus tenebatur. Arbitria principum pro legibus erant. Fines imperij tueri magis, quàm proferre mos erat. Intra suam cuique patriam regna finiebantur. Primus omnium Ninus Rex Assyriorum, veterem, & quasi auitũ gentium morem noua imperij cupiditate mutauit.

I. NINVS.

Prima monarchia seu imperium Assyriorum, quod durauit annis M.CCC.

Hic primus intulit bella finitimis: & rudes adhuc ad resistendũ populos, ad Lybiæ terminos vsq; perdomuit. Fuêre quidem temporibus antiquiores Vexores Rex Aegypti, & Scythiæ rex Tanais, quorum alter in Pontum, alter vsq; Aegyptum excessit. Sed lõginqua, non finitima bella gerebant, nec imperium sibi, sed populis suis gloriam quærebant: contentiq; victoria, imperio

Gesta Nini.

perio abstinebāt. Ninus magnitudinē quæsitæ dominationis continua possessione firmauit. Domitis igitur proximis, cùm accessione virium fortior ad alios transiret, & proxima quæq; victoria instrumētum sequentis esset, totius Oriētis populos subegit. Postremùm illi bellum cum Zoroaſtre Rege Bactrianorum fuit: qui primus dicitur artes magicas inuenisse, & mundi principia syderumq; motus diligentissimè spectâsse. Hoc occiso & ipse decessit, relicto impubere adhuc filio Nino, ex vxore Semiramide.

Zoroaſtres magicæ artis inuctor.

Regnauit Ninus annis 5.

Semiramis dicta, quod ab auibus, quas Syri Semiramides appellant, sit nutrita.

Hæc nec immaturo puero ausa tradere imperium, nec ipsa imperium palàm tractare, tot ac tātis gentibus vix patienter vni viro, nedum fœminæ parituris simulat se pro vxore Nini filium, pro fœmina puerū, Nam & statura vtriq; mediocris, & vox partim gracilis: & lineamentorum qualitas matri ac filio similis. Igitur brachia & crura velamētis, tiara caput tegit: & ne nouo habitu aliquid occultare videretur, eodē ornatu & populum vestiri iubet: quem morem vestis exinde gens vniuersa tenet. Sic primis initys sexum mentita, puer credita est. Magnas deinde res gessit: quarum amplitudine vbi inuidiam superatam putat, quæ sit fatetur, quēue simulâsset. Nec hoc illi dignitatem regni ademit, sed admirationem auxit, quòd mulier nō fœminas modò virtute, sed etiam viros anteiret. Hæc Babyloniam condidit, murumq; vrbis cocto latere circūdedit: arena, pice, bitumine interstrato, qua materia in illis locis passim è terra exæstuat.

II. Semiramidis astus. Exinde pro in hūc vsq; diem. Exemplum muliebris fortitudinis Semiramis. Semiramidis gesta.

De Babyloniæ magnitudine non ſatis conſtat apud hiſtoriographos. Vide Hero'. libr. 1. Diodo. lib. 3. Legem tuliſſe fertur, qua permitteretur parentibus cum liberis coire.

Multa alia præclara huius regmæ fuêre. Siquidem non contenta acquiſitos à viro regni terminos tueri. Aethiopiam quoque regno ſuo adiecit. Sed & Indiæ bellum intulit, quo præter illam, & Alexandrũ Magnum nemo intrauit. Ad poſtremum quum concubitum filij petijſſet, ab eodem interfecta eſt: II. & XL. annos poſt Ninum regno potita. Filius eius Ninus cõtentus elaborato à parentibus imperio, belli ſtudia depoſuit: & veluti ſexum cum matre mutaſſet, rarò à viris viſus, in fœminarũ turba conſenuit. Poſteri quoque eius exempla ſequuti, reſponſa gentibus per internuncios dabant. Imperium Aſſyrij, qui poſteà Syrij dicti ſunt, annos M.CCC. tenuêre. Poſtremus apud eos regnauit Sardanapalus, vir muliere corruptior. Ad hunc videndum (quòd nemini ante eum permiſſum fuerat) præfectus ipſius Medis præpoſitus, nomine † Arbactus, cum admitti magna ambitione ægrè obtinuiſſet, inuenit eum inter ſcortorum greges, purpurã colo nentem & muliebri habitu, cùm mollicia corporis, et oculorum laſciuia omnes fœminas anteiret, penſa inter virgines partientem.

III. Ninus filius

Syri olim Aſſyrij dicti. Poſtremus rex Aſſyriorum Sardanapalus. †Arbaces.

Exemplum mollis & effœminati principis.

Εσθιε, πινε ὄχευε, ὡς τὰ ἄλλα οὐδενὸς ἔστιν ἄξια.

Quibus viſis, indignatus tali fœminæ tantum virorum ſubiectum, tractantiqúe lanam, ferrum & arma portantes parêre, progreſſus ad ſocios ſuos, quid viderit,

Diodorus Siculus lib. 3. Similis hiſtoria eſt apud Herodot. de Bo-

viderit, refert. Negat se ei parere posse, qui se fœminam malit esse, quàm virum, Fit igitur coniuratio: Bellum Sardanapalo infertur, quo ille audito, non vt vir regnum defensurus, sed vt metu mortis mulieres solent: primò latebras circumspicit: mox deinde cum paucis & incompositis in bellum progreditur. Victus in regiam se recipit, & extructa pyra, se & diuitias in incẽdium mittit: hoc solo imitatus virum. Post hæc statuitur Rex interfector eius † Arbactus, qui præfectus Medorum fuerat: Is imperium ab Aßirijs ad Medos transfert. Post multos deinde reges, per ordinem succeßionis, regnum ad Astyagem descendit. Hic per somnium vidit ex naturalibus filiæ, quam vnicam habebat, vitem enatam, cuius palmite omnis Asia obumbraretur. Consulti Arioli, ex eadẽ filia nepotem ei futurum, cuius magnitudo prænunciatur, regniq; ei amißionem portendi responderunt. Hoc responso perterritus, neq; claro viro, neq; ciui dedit filiam, ne paterna maternaq; nobilitas nepotis animum extolleret, sed de gente obscura tunc temporis Persarum, Cambysi mediocri viro in matrimonium tradidit.

ge. SECVNDA monarchia Medorum, quę durauit annis CCCL.

† Arbaces.

Mandane ea dicta fuit autor Valer.

Πατρός μὲν δὴ λέγεται κῦρος γενέσθαι καμβῦσου περσῶν βασιλέος ὁ δὲ καμβίσης οὗτος τῶν περσειδῶν γένους ἦν, οἱ δὲ περσεῖδαι, ἀπὸ πέρσεως κληίσονται, μητρός δὲ ὁμολογεῖται μανδάνης γένεσθαι ἡ δὲ μανδάνη αὐτη ἀστυάγους ἦν θυγάτηρ τοῦ μήδων βασιλέως φῦναι δέ κῦρος λέγεται, καὶ ἄδεται ἔτι καὶ νῦν ὑπὸ τῶν βαρβάρων, εἶδος μὲν κάλ-

λιστος, ψυχὴν δὲ φιλανθρωπότατος καὶ φιλομαθέστατος, καὶ φιλοτιμώτατος. Hæc Xenophon.

Ac ne sic quidem somnij metu deposito, grauidā ad se filiam accersit, vt sub aui potissimum conspectu fœtus necaretur. Natus infans datur occidēdus Harpago Regis omniū consiliorum participi. Is veritus, si ad filiam mortuo rege venisset imperiū, eò quòd nullū Astyages virilis sexus genuerat, ne illa necati infantis vltionē, quā à patre nō potuisset, à ministro exigeret, pastori regij pecoris, puerum exponendum tradidit. Fortè eodem tempore & ipsi pastori filius natus erat.

Harpagus.

Pastori nomen fuit Mitridates: Οὔνομα δὲ τῇ γυναίκι ἦν τῇ συνοίκεει κυνὼ κατὰ τὴν τῶν κλίνων γλῶσσαν κατὰ δὲ τὴν μηδικὸν Σπακώτην γὰρ κύνα καλέουσις πάκα μῆδοι. Herodo. addit prætereà pastoris infantem mortuum fuisse natum.

Eius igitur vxor audita regij infantis expositione, summis precibus rogat sibi adferri ostendiq; puerum, cuius precibus fatigatus pastor, reuersus in syluam inuenit iuxta infantem canem fœmineam paruulo vbera præbentem, & à feris & alitibus defendentē. Motus etiam ipse misericordia: qua motam ipsam canem viderat, puerum defert ad stabulum eadem cane anxiè persequente, quem vt in manu mulier accepit, veluti ad notā puer allusit: tantusq; in illo vigor & dulcis quidā blandiētis risus apparuit, vt pastorē vxor vltrò rogaret, quò suum partum pro illa exponeret, permitteretq́ue sibi siue fortunæ ipsius, siue spei suæ puerum

rum nutrire. Atq; ita permutata sorte paruulorum, hic pro filio pastoris educatur: ille pro nepote regis exponitur. Nutrici †Spacon posteà nomen fuit, quia canem Persæ sic vocant. Puer deinde, cum inter pastores esset, Cyri nomen accepit. Mox Rex inter ludentes sorte delectus, cùm per lasciuiam contumaces flagellis cæcidisset, à parentibus puerorum querela est regi delata, indignantibus à seruo regio ingenuos homines seruilibus verberibus adfectos. Ille accersito puero & interrogato, cū nihil mutato vultu, fecisse se vt Regem respondisset: admiratus constantiam, in memoriam somnij responsiq; vocatur. Atq; ita cum vultus, & similitudo & expositionis tempus, & pastoris confessio conuenirent, nepotem agnouit. Et quoniam defunctus sibi somnio videretur, agitato inter pastores regno, animum †minatione duntaxat in illo fregit.

† Spargos.
† Sparcon.
Cyrus Artē bares vir princeps erat, qui Cyrum accusabat.
† minacem.

Alterum crudelitatis in Astyage exemplum. Fertur Astyages necatum filium parenti in cœna partim assum, partim elixum vorandum proposuisse. Cœna peracta interrogasse eum, nunquid lautè conuiuatus esset, illo adserente, iussisse adferri reliquias, vt inde si quid placeret, sibi sumeret. Harpagus hinc filij clade cognita nequaquam conternatum dixisse: Quandò hoc ita regi libuerit, non id etiam sibi displicere.

Cæterùm Harpago amico suo infestus in vltionem seruati nepotis, filium eius interfecit, epulandumque patri tradidit. Sed Harpagus ad præsens tempus,

dissimulato dolore odium regis in vindictæ occasionē distulit. Interiecto demū tēpore, quū adoleuisset Cyrus, dolore orbitatis admonitus, scribit ei, vt relegatus in Persas ab auo fuerit, vt occidi eū paruulū auus iusserit, vt beneficio suo seruatus sit, vt regē offenderit, vt filiū amiserit: hortatur, exercitū paret, et pronam ad viā regnum ingrediatur, Medorū transitionē pollicitus, epistolaq; quia palam ferri nequibat: regis custodibus oēs aditus obsidentibus, exenterato lepori inseritur, lepusq; in Persas Cyro ferendus fido seruo traditur: addita sunt retia, vt sub specie venationis dolus lateret. Lectis ille epistolis, eandem viā somnio adgredi iussus est. Sed præmonitus, vt quē primū postera die obuium haberet, sociū cœptis adsumeret: igitur antelucano tempore rurī iter ingressus, obuium habuit seruum de ergastulo cuiusdam Medi nomine Sybarem: huius requisita origine, vt in Persis genitum audiuit, demptis compedibus, adsumptoq; comite, Persepolim vrbem regreditur. ibi conuocato populo, iubet omnes præstò cum securibus esse, & syluam viæ circundatam excidere. Quod cùm strenuè effecissent, eosdem postera die apparatis epulis inuitat. deinde cùm alacriores ipso conuiuio factos videret, rogat, vt si conditio proponatur, Vtrius vitæ sortem legant, hesternine laboris an præsentium epularum, præsentium vt acclamauēre omnes, ait, hesterno simílem labori omnem vitam acturos, quòad Medis pareant: se secutos hodiernis epulis. Lætis omnibus, Medis bellū infert Astyages, meriti in Harpagum oblitus, summam belli eidem committit, qui exercitum acceptum statim Cyro

Prudens in occultandis literis consilium: quale infrà Demarati & apud Her. Histręi

Callidum Cyri consilium.

Cyri bellum aduersus Medos. Stratagema.

tim Cyro per deditionem tradidit: régis crudelitatem perfidia defectionis vlciſcitur. Quod vbi Aſtyages audiuit, cõtractis vndiq; auxilijs, ipſe in Perſas proficiſcitur: & repetito alacriùs certamine, pugnantibus ſuis, partem exercitus à tergo ponit, & intergiuerſantes ferro agi, vt in hoſtes iubet: ac †nunciant ſuis, ni vicerint, nõ minùs fortes etiã poſt terga inuẽturos, quàm à frontibus viros: proinde vti videant, fugiẽtibus hæc, an illa pugnãtibus acies rumpenda ſit. Ingens poſt neceſſitatem pugnandi animus exercitui eius acceſſit. †denũciat. Ingens telũ neceſſitas.

Obſerua fœminarum facinus in Perſas fugientes.

Pulſa itaq; cùm Perſarum acies paulatim cederet, matres & vxores eorũ obuiam occurrunt, orant, in prælium reuertãtur, cunctantibus, ſublata veſte obſcœna corporis oſtendunt, rogãtes, num in vteros matrum, vel vxorum velint refugere. Hac repreſſi caſtigatione, in prælium redeunt, & facta impreſſione, quos fugiebãt fugere cõpellunt. In eo prælio Aſtyages capitur: cui Cyrus nihil aliud, niſi regnum abſtulit, nepotemq; in illo magis, quàm victorem ſe geſſit, eumq; maximè genti Hircanorũ præpoſuit: nam ipſe reuerti in Medos noluit. Hic finis Medorum imperij fuit. Regnauerunt annis CCCL. Initio regni Cyrus Sybarem cœptorum ſocium, quem iuxta nocturnũ viſum, ergaſtulo liberauerat, † comitemq; in omnibus rebus habuerat, Perſis præpoſuit, ſororemq; ſuam ei in matrimonium dedit. Sed ciuitates, quæ Medorum tributariæ fuerant, mutato imperio, etiã conditionem ſuã mutatam arbitrantes, à Cyro defecerunt: quæres Aſtyages capitur. qui regnauit annis XXXV. Exẽplũ clementiæ & moderatæ victoriæ. TERTIA monarchia Perſarũ durauit annis CC XXX. †comitemque ceptorum in.

multorum bellorũ Cyro causa & origo fuit. Domitis demum plerisq; cum aduersus Babylonios bellum gereret, Babylonys Rex Lydorum Crœsus, cuius opes et diuitiæ insignes ea tempestate erant, in auxilium venit, victusq; iam de se sollicitus, in regnum refugit.

Cyrus Persarum rex primus, regauit secundum Herodotum, ἐνὸς δέοντα, τριήκοντα ἔτεα.

Regnabant tum Babylonij, quẽ nostri Baltassarem, Græci Labyrinthum vocauerunt. Herodotus Labynetum. Crœsum ait Herodotus, vltrò Cyro bellum intulisse, oraculis persuasum. Obseruabis autem, quæ hic de Solonis & Crœsi congressu Herodo. narrat.

Cyrus quoq; post victoriam, compositis in Babylonia rebus, bellum transfert in Lydiã. Ibi fortuna prioris prælij perculsum iam Crœsi exercitum nullo negotio fundit. Crœsus ipse capitur: sed quantò bellũ minoris periculi, tãtò & mitior victoria fuit. Crœso & vita, & patrimonij partes, & vrbs Barce cõcessa sunt: in qua etsi non regiam vitam: tamen et proximã maiestati regiæ degeret. Hæc clemẽtia nõ minus victori, quã victo vtilis fuit. Quippè ex vniuersa Græcia, cognito, quòd illatum Crœso bellum esset, auxilia velut ad commune extinguendum incendium confluebãt. Tantus Crœsi amor apud omnes vrbes erat, vt passurus Cyrus graue bellũ Græciæ fuerit, si quid in Crœsũ crudelius consuluisset. Interiecto deinde tepore, occupato in alijs bellis Cyro, rebellauêre Lydij, quibus iterũ victis, & arma, & equi adẽpti, iussiq; cauponias, ludicras artes & lenocinia exercere. Et sic gẽs industria

Alterũ clementię exẽplum in Cyro.

Hinc prouer. Lydus cauponatur Lydorum Carycæ.

stria quondam potens & manu strenua, effœminata mollitiæ luxuriaq́, virtutem pristinam perdidit. Et quos ante Cyrum inuictos bella præstiterant, in luxuriam lapsos otium ac desidia superauit.

Digressio qua præter historiæ ordinẽ hæc de Lydorum regibus recitat. Candaules Myrsi filius, ab Alceo Herculis oriundus.

Prouer. Gygis annulus. Scribit Herod. mulierculam Gygi mandasse, vt aut Candaulem occideret, aut se pateretur occidi, quod in re turpi Candauli paruisset. De cuius Gygis annulo multa sunt in 1. de legib. apud Plato. & Cice. lib. 3. de Officijs.

Fuêre Lydijs multi ante Crœsum reges, varijs casibus memorabiles: nullus tamẽ fortunæ Cãdauli cõparãdus: qui cùm vxore suam, quã propter pulchritudinẽ nimiũ diligebat, omnibus prædicaret, nõ contentus voluptatum suarum tacita cõscientia, nisi etiam matrimonij reticenda publicaret, prorsus, quasi filetium damnum pulchritudinis esset. Ad postremũ: vt adfirmationi suæ fidem faceret, eam Gygi sodali suo nudã demonstrauit. Quo facto, & amicu in adulterium vxoris illectũ, hostem sibi fecit: & vxorẽ velut tradito alij amore, à se alienauit. Nã breui pòst tẽpore cædes Candauli nuptiarũ præmiũ fuit. Vxor mariti sanguine dotata, regnũ viri, & se pariter adultero tradidit. Cyrus subacta Asia, & vniuersa oriente in potestatem redacto, Scythis bellum intulit. Erat autem eo tempore Scytharum Regina Tomyris, quæ non muliebriter aduentu hostium territa, cùm prohibere eos posset,

Tomyris regina Scythiæ.

vadum

Aliquanti sper pro aliquãtulum.

vadum Araxis fluminis transire permisit, & sibi fœliciorem pugnam intra regni sui terminos rata, & hostibus obiectu fluminis fugam difficiliorem.

Stratagema Cyri, quod ei Crœsus captus subministrauit.

Adolescens Spargapises appellabatur.

Victoria Cyri de Massagetis. Herodotus ait Spargapisem sibimet mortem cõsciuisse.

Itaq; Cyrus traiectis copijs quum aliquantisper in Scytiam processisset, castra metatus est. Deinde postera die cum simulato metu, & quasi refugiens castra deseruisset: vinum affatim, & ea quæ erant epulis necessaria, reliquit. Quod cùm nunciatum Reginæ esset, adolescentulũ filium, ad insequendum cum cũ certa parte copiarum mittit. Cùm ventum ad Cyri castra esset: ignarus rei militaris adolescẽs: veluti ad epulas non ad præliũ venisset, omissis hostibus, insuetos barbaros vino onerare se patitur: Priusq; Scythæ ebrietate, quã bello vincũtur. Nam cognitis his, Cyrus reuersus per noctem, securos opprimit: omnesq; Scythas cum reginæ filio interficit. Amisso tanto exercitu, & quod grauius dolendum, vnico filio, Tomyris orbitatis dolorem non in lachrymas effundit, sed in vltionis solatia intendit: hostesq; recenti victoria exultantes, pari insidiarum fraude circundedit. Quippe simulata diffidẽtia, propter vulnus acceptũ refugiens, Cyrum aduscq; angustias perduxit. Ibi compositis in montibus insidijs ducenta milia Persarum cum ipso rege trucidauit. In qua victor a etiam illud memorabile fuit, quod neq; nuncius tantæ cladis quidẽ superfuit: Caput Cyri amputatum, in vtrem humano sanguine repletum conijci Reginæ iubet, cum hac exprobratione crudelitatis: Satia te sanguine, inquit, quem sitisti, cuiusq; insatiabilis

Exempulm crudelitatis Scythicæ.

bilis semper fuisti. Cyrus regnauit annis XXX. non initiò tantùm regni, sed continuò totius temporis successu admirabiliter insignis.

II. Cambyses Cyri filius, dissimillimus patri Persarum rex secũdus regnauit annis VII. mensibus IV.

Huic succeßit filius Cãbyses: qui imperio patris Aegyptũ adiecit, sed offensus superstitionibus Aegyptiorum, Apis, cæterorumque Deorum ædes dirui iubet. Ad Ammonis quoque nobilißimum templum expugnandum, exercitum mittit: qui tempestatibus & arenarum molibus oppressus interijt. Post hæc per quietem vidit fratrem suum †Smerdim regnaturum: quo somnio exterritus, nõ dubitauit, post sacrilegia etiam parricidium facere. Erat enim difficile, vt parceret suis, qui in contemptu religionis grassatus etiam contra Deos fuerat. Ad hoc tam crudele ministerium, Magum quẽdam ex amicis delegit, nomine †Praxaspẽ. Interim ipse gladio sua sponte euaginato, in fœmore grauiter vulneratus occubuit, pœnasq; luit, seu imperati parricidij, seu sacrilegij perpetrati.

†Mergidẽ. Exemplum impietatis τὸ παράδειγμα. †Comarim, Impietas punita.

Mago nomen fuit Patizithæ, præses in Persis à Cambyse relictus, is regis fratre, nomine Smerde, occiso, suum fratrem Smerdim priori cognominem, & persimilẽ, regem subornat.

Quo nuncio accepto, Magus ante famam amißi regis occupat prosacinus, strato †Smerde, cui regnum debebatur, fratrem suum subiecit Smerdim. Erat enim oris & corporis lineamentis persimilis: ac nemine

†Mergidẽ.

sub-

subesse dolum arbitrante, pro† Smerde, rex† Smerdis cōstituitur. Quæres eò occultior fuit, quòd apud Persas persona Regis sub specie maiestatis occultur, Igitur Magi ad fauorem populi conciliādum, tributa & militiæ vacationem triennium remittunt: vt regnum quod fraude quæsierant, indulgentia & largitionibus cōfirmarent: quæres suspecta primò Otani viro nobili & in cōiectura sagacissimo fuit. Itaq; per internuncios quærit à filia, quæ inter regias pellices erat, an Cyri Regis filius Rex esset. At illa nec se scire ipsā ait, nec ex alia posse cognoscere: quia singulæ separatim recludantur. Tum pertractare dormienti caput iubet. Nam Mago Cambyses aures vtraq; præciderat. Factus deinde per filiam certior, sine auribus esse regem optimatibus Persarum rem indicat, & in eadem falsi regis impulsos sacramento religionis obstringit. Septem tantum conscij fuere huius coniurationis, qui ex continenti, ne dato in pœnitentiam spatio res per quem quam narraretur, occulato sub veste ferro, ad regiā pergunt: ibi obuijs interfectis ad Magos perueniunt. Quibus ne ipsis quidē animus in auxiliū sui defuit. Siquidem stricto ferro duos de cōiuratis interficiūt. Ipsi tamen corripiuntur à pluribus, quorum alterū Gobrias amplexus Magū, cunctantibus socijs ne ipsum pro Mago transfoderet, quia res obscuro loco gerebatur, vel per suū corpus adigi Mago ferrum iussit. Fortuna tamē ita regente, illo incolumi Magus interficitur. Occisis Magis, magna quidem gloria recuperati regni principium fuit, sed multò maior in eo, quod cùm de regno ambigeret, concordare potuerunt. Erant enim

Otanes Pharnaspis filius, cuius filia Phædyma appellabatur.

Persarum optimatum contra duos magos fratres coniuratio.

Herodot. vulneratos ait, non interfectos Aspathinem nepe & Intapharnem.

Concordia principum.

nim & virtute & nobilitate ita pares, vt difficilem ex his populo electionem æqualitas faceret.

Extant apud Herodot. pulcherrimæ horum consultationes de regno. An ἰσονομία aut ὀλιγαρχία, aut μοναρχία sit constituenda?

Ipsi igitur viam inuenerunt, qua de se iudicium religioni & fortunæ committerent. Pacti inter se sunt, die statuta omnes equos ante regiã primo manè perducerent, & cuius equus ante Solis ortum hinnitum primus adisset, is rex esset. Nam & Solem vnum Deum Persæ esse credunt & equos eidem Deo sacratos ferunt. Erat inter coniuratos Darius Histaspis filius, cui de regno sollicito equi custos ait si ea res victoriam moraretur, nil negotij superesse: proinde nocte equam, pridiè ante constitutam diem ad eundem locum ducit, ibiq; equæ equum admittit, ratus ex voluptate Veneris futurum, quod euenit. Postera die, cum ad statutã horam omnes venissent, Darij equus cognito loco, ex desiderio fœminæ hinnitum statim addidit: & segnibus alijs fœlix auspicium Domino primus emisit. Tanta moderatio cæteris fuit, vt audito auspicio, confestim equis desilierint, & Darium regem salutârint. Populus quoque vniuersus secutus iudicium principum, eundem constituit regem. Sic regnum Persarum septẽ nobilissimorum virtute quæsitum, tam leui momento in vnum collatũ est. Incredibile prorsus hoc tanta pietate gessisse eos, quod vt eriperent à Magis, morinõ recusarent quanquã præter formam virtutemq; hoc imperio dignam † & cognato

Pactum ex equorum hinnitu.

DARIVS Oebaris a. I I I.

DARIVS Persarum tertius, ex equi hinnitu Rex electus qui regnauit annis 16.

ἐπιφώνημα.

† Fortè legendum: & cognatione Darius iunctus cum.

gnato Dario iuncta cum priſtinis Regibus fuit.

Herodotus. Δαρεῖος μὲν ἐγαμεε. Κύρου θυ-
γατέρας Ατοσσάντε καὶ Αρτυσώνην.

Principio igitur regni Cyri regis filiam, regalibus nuptijs regnum firmaturus, in matrimonium recepit, vt non tam in extraneum translatum, quàm in familiam Cyri reuerſum videretur. Interiecto deinde tempore, cùm Aſſyrij deſciuiſſent, & Babyloniam occupâſſent, difficilisq; vrbis expugnatio eſſet, aſſuante rege, vnus de interfectoribus Magorum Zopyrus nomine, domi ſe verberibus lacerari toto corpore iubet, naſum & labia & aures ſibi pracidi, atq; ita rẽgi inopinanti ſe offert.

Zopyrum ait, Hero. non ex interfectorum numero, ſed vnus ex coniuratis, nempe Megabyſi filium fuiſſe.

Zopyri dolus. Talem Vergilius Simonem finxit.

Darius dixiſſe fertur, ſe vnum Zopyrum integrum malle: quàm centum Babylonas capere: Et oblato malo granato, tantum opes tauit ſibi Zopyrorum, quãtum ibi granorum ineſſet.

†firmato.

†al. petitione, vel ſortione.

Attonitum & quærentem Darium cauſas, auctoremq; tã fœdæ lacerationis, tacitus, quo propoſito fecerit, edocet, † formatoq; in futurum conſilio, transfugæ titulo Babyloniam proficiſcitur. Ibi oſtẽdit populo laniatum corpus. Queritur crudelitatem rẽgis, à quo in regni † portione non virtute, ſed auſpicio: non iudicio hominum, ſed hinnitu equi ſuperatus ſit. Iubet

eos

eos ex amicis exemplum capere, quid hostibus cauendum sit. Hortatur, ne mœnibus magis, quàm armis confidant, patianturq; se commune bellum recentiore ira gerere. Nota nobilitas viri pariter & virtus omnibus erat: nec de fide timebāt, cuius veluti pignora vulnera corporis, & iniuriæ notas habebant. Constituitur ergo dux omnium suffragio. & accepta parua manu, semel atq; iterum cedentibus consulto Persis, secunda prælia fecit. Ad postremum vniuersum sibi reditum exercitum rēgi prodidit: vrbemq; ipsam in potestatē eius redegit. Posthæc Darius rex bellum Scythis infert: quod sequenti volumine referetur.

Proditio Babyloniæ.

IVSTINI HISTORICI
LIBER SECVNDVS.

IN relatione rerum à Scythis gestarū, quæ satis ampla magnificaq; fuerunt, principium ab origine repetendum est. Nō enim minùs illustria initia, quā imperiū habuêre: nec virorū imperio magis, quàm fœminarū virtutibus claruêre. Quippe cū ipsi Parthos Bactrianosq;, fœminæ autē eorum Amazonum regna condiderint: prorsus vt res gestas virorum mulierumq; cōsiderantibus incertum sit, vter apud eos sexus illustrior fuerit: Scytharū gens antiquissima semper habita: quanquam inter Scythas & Aegyptios diù cōtentio de generis vetustate fuerit: Aegyptijs prædicantibus inuentorum, cùm aliæ terræ nimio feruore Solis arderent, aliæ rigerēt frigoris immanitate, ita, vt nō modò generare homines, sed ne aduenas quidē recipere ac tueri

De Scytharū origine, populis & moribus copiosissimè Herodot. in μελπομένῃ.

Aegyptiorū argumenta ab aēris temperie & soli fertilitate.

Fuit Aegyptijs de generis vetustate, & cum Phrygibus contentio, de qua Herod. lib. 2.

possent: priùs quàm aduersus calorẽ, vel frigus velamenta corporis inuenirentur, vel locorum vitia quæsitis arte remedijs mollirentur: Aegyptum ita tẽperatam semper fuisse, vt neq; hyberna frigora, nec æstiui solis ardores incolas eius premerẽt: solu ita fœcundũ, vt alimentorũ nulla terra feracior sit in vsus hominũ. Iure igitur ibi primùm homines natos videre debere, vbi educari facillimè possent. Contrà Scythæ cæli tem peramentũ, nullum esse vetustatis argumetum putabant: quippe naturã, cùm primùm incrementa caloris & frigoris regionibus distinxerit: statim ad locorũ patientiã animalia quoq; generasse: sed arborum atq; frugum, pro regionũ conditione, aptè genera variata: Et quantò Scythis sit cælum asperius, quàm Aegyptijs, tantò & corpora & ingenia esse duriora. Cæterum si mundi, quæ nunc partes sunt, aliquãdo vnitas fuit, siue illuuies, à quarũ principio rerũ terras obrutas tenuit: siue ignis, qui & mundũ genuit, cuncta possedit: vtriusq; primordij Scythas origine præstare.

Conclusio. Confutatio superiorũ. Propositio. Ratio.

Prima dilẽmatis pars.

Dilemma quo probant, Scythæ se Aegyptijs esse vetustiores.

Nam si ignis prima possessio rerum fuit, qui paulatim extinctus sedem terris dedit, nullam priùs quàm septentrionalem partem hyemis frigore ab igne secretam, adeò vt nũc quoq; nulla magis rigeat frigoribus.

Secunda pars.

Aegyptum verò et totum orientem tardissimè temperatam: quippe, qui etiam nunc torrenti calore Solis exæstuet. Quòd si omnes quondã terræ submersæ profundo fuerunt, profectò æditissimam quanq; partem decurrentibus aquis priùs detectam, humilimo autem

solo

solo, eandem aquã diutissimè immoratam, & quantò prior quæq; pars terrarum siccata sit, tantò prius animalia generare cœpisse. Porrò Scythiam adeò æditiorem omnibus terris esse, vt cuncta flumina vbi nata in mare Mæoticum, tum deinde in Ponticũ & in Aegyptium mare decurrant. Aegyptum autem (quæ tot regum, tot seculorum cura, impensaq; munita sit: & aduersus vim decurrẽtium aquarum tantis instructa molibus, tot fossis consciſſa, vt cùm his arceantur, illis recipiantur aquæ, nihilominùs coli, nisi excluso Nilo, non potuerit) nec posse videri hominum vetustate vltima, quæ siue exaggerationibus regum, siue Nili tra hentis limũ terrarum recẽtissima videatur. His igitur argumentis superatis Aegyptijs, antiquiores semper Scythæ visi, Scythia in orientem porrecta, includitur ab vno latere Ponto, & ab altero montibus Riphæis: à tergo Asia & †Tanai flumine, multùm in longitudinem & latitudinem patet.

† Alij in Meotita. De Aegypto & Nilo vide Hero. in Ευτέρπ. Plin. lib. 5. cap. 9. Põp. Mela lib. 1. cap. 5.

Scythiæ descriptio. † Phasi.

De Scytharum moribus copiosè Herodo. Επεὰν τὸν πρῶτον ἀνδρα καταβάλη ανὴρ σκύθης, του αἵματος ἐμπίνθ, ὅσσα δ' ἂν φονεύσῃ ἐν τῇ μάχῃ τουτέων τὰς κεφαλὰς ἀποφέρθ τῷ βασιλῆ.

Scytharum mores Nomades dicti, à Geographis.

Hominibus inter se fines nulli, neque enim agrum exercent: nec domus illis vlla, aut tectũ, aut sedes est: armenta & pecora semper pascentibus, & per incultas solitudines errare solitis. Vxores liberosq; secum in plaustris vehunt: quibus corijs, imbrium, hyemisq; causa tectis, pro domibus vtuntur. Iustitia gentis ingenijs culta, non legibus. Nullum scelus apud eos, furto

grauius: quippe sine tecto munimẽto q; pecora & armenta habẽtibus, quid saluum esset, si furari liceret? Aurum et argentum perinde aspernantur, ac reliqui mortales appetant. Lacte & melle vescuntur. Lanæ ijs vsus, ac vestium ignotus. Et quanquam continuis frigoribus vrantur, pellibus tamen †ferinis, aut murinis vestiuntur. Hæc continentia illis morum quoq; iustitiam dedit, nihil alienum concupiscentibus. Quippè diuitiarum cupido ibi est, vbi & vsus. Atque vtinam reliquis mortalibus similis moderatio, & abstinentia alieni foret: Profectò non bellorum tantùm per omnia secula, terris omnibus cõtinuaretur: neq; plus hominum ferrum & arma, quàm naturalis fatorũ conditio raperet. Prorsus vt admirabile videatur hoc illis Naturam dare, quod Græci longa sapientũ doctrina, præceptisq; philosophorum consequi nequeunt, cultosq; mores incultæ barbariæ collatione superari. Tãtò plus in illis proficit vitiorum ignoratio, quantò in his cognitio virtutis.

†Felinis.

Digressio per amplificationem.

Catalogo quodam recensẽt Scytharũ fortia facta, à quibus eos laudat.

Imperium Asiæ ter quæsiuêre Scythæ, ipsi perpetuò ab alieno imperio, aut intacti, aut inuicti mãsêre. Darium regem Persarum, turpi à Scythia submouere fuga. Cyrum cum omni exercitu trucidârunt. Alexãdri Magni ducem †Zopyronapari ratione cum copijs vniuersis deleuerunt. Romanorum audiuêre, non sensêre arma. Mox Parthicum & Bactrianum imperiũ ipsi condiderunt: gens & laboribus & bellis aspera. Vires corporum immensæ: nihil parare, quod amittere ti-

†Zæpironã.

re timeant: nihil victores præter gloriã concupiscunt. Primus Scythis bellum intulit Vexores Rex Aegyptius, missis priùs legatis, qui hostibus parendi legem dicerẽt. Sed Scythæ iam anteà de aduentu rẽgis à finitimis certiores facti, legatis respondent, †Tam opulenti populi ducem stolidè aduersus inopes occupâsse bellum: quod magis domi fuerit illi timendum, quòd bellicertamen anceps, præmia victoriæ nulla, damna manifesta sint. Igitur non expectaturos Scythas, vt ad se veniatur, cùm tanto sibi in †hoste plura concupiscenda sunt, vltroq; †prodituros obuiã. Nec †dicto res morata, quos cum tanta celeritate venire ex dixisset, in fugam vertitur. & exercitu cum omni apparatu belli relicto, in regnũ trepidus se recepit: Scythas ab Aegypto paludes prohibuêre. Exinde reuersi, Asiam perdomitam vectigalem fecerunt, modico tributo magis in titulum imperij, quàm in victoriæ præmium imposito: quindecim annis pacãdæ Asiæ morati vxorum flagitatione reuocantur, per legatos denunciantium ni redeant, sobolem se ex finitimis quæsituras, nec passuras, vt in posteritatem Scytharum genus per fœminas intercidat. His igitur Asia per mille quingentos annos vectigalis fuit. Pendendi tributi finem Ninus rex Assyriorũ imposuit. Sed apud Scythas medio tempore duo regij iuuenes Plinos & †Scolopythus per factionem optimatuum domo pulsi, ingẽtem iuuentutem secum traxêre: & in Cappadociæ ora iuxta amnem Thermodoónta consedêre, subiectosq; Themiscyreos campos occupauêre. Ibi per multos annos spoliare finitimos consueti, conspiratione populo-

† Ali. miratur tam opulẽti &c.

† al. nam belli certamen anceps præmia victoriæ nulla. victori de se damna manifesta, †hostem.

† prædaturos obuiam.

† dictum, & dicta.

Scythæ ex Asia ab vxoribus reuocati.

† Scolpitus De Amazonum origine.

Diodor. Siculus lib. 3.

Thermodoon, de quo Plin. lib. 6. cap.

rum per insidias trucidantur. Horum vxores cùm viderent exilio suo additam orbitatem, arma sumpsêre: finesq; suos submouentes primò, mox inferētes bella defendunt. Nubendi quoq; finitimis animum omisêre: seruitutem, non matrimonium appellantes. Singulare omnium seculorum exemplum.

Victi ab Amazonibus populi, vulgò dicti sunt Gynæcocratumeni, id quod Plin. libr. 6. indicat.

Exempla muliebris fortitudinis.

Auxêre Rempublicam sine viris: iam etiam cum contemptu virorum se tuentur. Et ne fœliciores aliæ alijs viderentur, viros, qui domi remanserant, interficiunt. Vltionem quoq; cæsorum coniugũ excidio finitimorum consequuntur. Tunc pace armis quæsita, ne gens interiret, cõcubitum finitimorum ineunt. Si qui mares nascerentur, interficiebantur. Virgines in eundem ipsum morem, non otio, neq; lanificio, sed armis, equis, venationibus exercebãt, inustis infantiũ dexterioribus mãmis, ne sagittarum iactus impediretur, vnde Amazones dictæ sunt. Duæ reginæ his fuêre † Marthesia & Lampedo: quæ in duas partes agmine diuiso, inclytæ iam opibus, vicibus gerebant bella, sollicitæ terminos alternis defendentes: & ne successibus deesset auctoritas, generatas se Marte prædicabant. Itaq; maiore parte Europæ subacta: Asiæ quoque nonnullas ciuitates occupauêre. Ibi Ephesо, multisq; alijs vrbibus conditis, partem exercitus cumingenti præda domum remittunt. Reliquæ, quæ ad tuẽdum Asiæ imperium remanserant † concursu Barbarorum cum Marthesia regina interficiuntur. In cuius locum filia eius

† Marpesia & Lampades. Gesta Amazonũ.

Ory-

Orythia regno succedit. Cui præter singularem belli industriam, eximia seruatæ in omne ævum virginitatis admiratio fuit. Huius virtute tãtum additum gloriæ & famæ Amazonibus est, vt Herculi Rex, cui XII. stipendia debebat, quasi impossibile imperauerit, vt arma Reginæ Amazonum sibi adferret. Orythia in matris Marthesiæ loco regno succedit.

Bellum Herculis cum Amazonibus: fuit autem rex qui hoc Herculi mandauit Eurystheus.

Igitur eò profectus, longis nouẽ nauibus, comitante principum Græciæ iuuentute, inopinantes adgreditur. Duæ ex quatuor tunc sorores Amazonum regna tractabant, Antiope & †Orythia: quarũ Orythia forte bellum gerebat. Igitur cùm Hercules ad littus Amazonum adplicuisset, infrequens multitudo cũ Antiopa Regina nihil hostile metuente erat. Quare effectum est, vt paucæ repentino tumultu excitatæ, arma sumerent, facilemq; victoriam hostibus darent. Multæ itaq; cæsæ, captæq;. In his duæ captæ sunt Antiopæ sorores: Menalippe ab Hercule, Hippolyte à Theseo. Sed Theseus, obtẽtam in præmium captiuam, eam in matrimonium adsumit: ex ea genuit Hippolytũ. Hercules post victoriam, Menalippen captiuam sorori reddidit, & præmiũ arma Reginæ †accepit. Atq; ita imperio functus, ad Regem reuertitur. Sed Orythia vbi comperit bellum sororibus illatum, & raptorẽ esse Athenienſium principem, hortatur comites in vltionẽ, frustraq; & Ponti sinum, & Asiam domitam esse dicit, si Græcorũ nõ tam bellis, quã rapinis pateãt. Auxilium deinde à Sagillo Rege Scytharum petit. Genus †Othrera. †cepit. Bellum Atheniẽsibus ab Amazonib. illatũ. †Sigillo. †Sagalo.

se Scytharum esse, cladem virorum, necessitatem armorum belli causas ostendit: adsecutasq; virtute, ne segniores viris fœminas habere Scythæ videretur. Motus ille domestica gloria, mittit cum ingenti equitatu filium Penaxagoram in auxilium. Sed ante prælium dissensione orta, ab auxilijs desertæ, bello ab Athenien-sibus vincuntur. Receptaculum tamen habuêre castra sociorum, quorum auxilijs intacta ab alijs gentibus, in regnum reuertuntur. Post Orithyam Penthesilea regno potita est: cuius Troiano bello inter fortissimos viros, cùm auxilium aduersus Græcos ferret, magna virtutis documenta extitêre. Interfecta demum Penthesilea, exercituq; eius absumpto, paucæ, quæ remanserant, agrè se aduersus finitimos defendentes, vsq; ad tempora Alexandri Magni durauerunt. Harum † Minothæa siue Thalestris Regina concubitu Alexandri per dies XIIII. ad sobolem ex eo generandam obtento reuersa in regnum, breui post tempore cum omni Amazonum nomine intercidit. Scythæ autem tertia expeditione Asiana, cùm annis VII. à coniugibus, & liberis abfuissent, seruili bello domi excipiuntur. Quippè coniuges eorum, longa expectatione virorum fessæ, nec iam teneri bello, sed deletos ratæ, seruis ad custodiam pecoris relictis nubunt: qui reuersos cum victoria dominos, velut aduenas armati finibus prohibent. Quibus cum varia victoria fuisset: admonentur Scythæ mutare genus pugnæ, memores, nõ cum hostibus, sed cum seruis præliãdum: nec armorum, sed dominorum iure vincendos: verbera in aciem, non tela ferenda: omissoq; ferro, virgas & flagella, cæteraq; seruis

Penaxagoras. Otrera. Pẽthesilæa. Vergilius. Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis, Pẽthesileia furens.

†Minithia. Amazonũ interitus. Redit ad Scytharum historiam.

Stratagema Scytharum contra seruos.

seruilis metus paranda instrumenta. Probato omnes consilio, instructi (sicut præceptum erat) postea quàm ad hostes accessere, inopinantibus verbera intentant: adeoq; illos perturbant, vt quos ferro non poterant, metu verberum vincerent: fugamq; non vt hostes victi, sed vt fugitiui serui capesserent. Quicunq; capi potuerunt, supplicia crucibus luerunt. Mulieres quoq; malè sibi conscia, partim ferro, partim suspendio vitã finierunt. Post hoc apud Scythas pax fuit, vsq; ad tempora Lanthini Regis. Herod. in μελπομένῃ. Lanthinus.

Bellum Darij aduersus Scythas solius Histiæi Milæsij opera factum est, ne pons interrumperetur. Herod. lib. 4.

Huic Darius rex Persarum, sicuti suprà dictum est, cùm filia eius nuptias non obtinuisset, bellum intulit: & armatis septingentis millibus hominũ Scythiam ingressus, non facientibus hostibus pugnæ potestatem, metuens, ne interrupto ponte Istri reditus sibi intercluderetur, amissis nonaginta millibus hominum, trepidè refugit. Quæ iactura, abundante multitudine, inter damna numerata nõ est. Inde Asiam & Macedoniã domuit. Ionas quoq; nauali prælio superat. Denum cognito, quòd Athenienses Ionijs auxilium contra se tulissent: omnem impetum belli in eos cõuertit. Nunc quoniam ad bella Athenienſium ventum est, quæ non modò vltra spem gerẽdi, verumetiam vltra gesti fidem patrata sunt: operaq; Atheniẽsium effectu maiora quàm voto fuerunt: paucis verbis origo repetenda est: quia non vt cæteræ gentes à sordidis initijs ad summa creuêre. Soli enim præterquàm incremen- Præclara Athenienſium origo.

Præterquã pro nõ solũ Αὐτόχθονες. quarũ rerũ inuentores Vide Cicer. pro Luc. Flacco.

to, etiam origine gloriantur.

Demosthenes in oratione, περὶ τῆς παρὰ πρεσβείας, Μόνος γὰρ πάντων αὐτόχθονες ἡμεῖς.

Quippe, non aduenæ, neque passim collecta populi colluuies originem vrbi dedit: sed in eodem nati solo, quod incolunt, & quæ illis sedes, eadem origo est.

Athenien. sium Reges Cecrops, Cranaus, Amphitrion. Ἀθήνη. Deucalion Rex Thessaliæ. Interiecto Erichthonio & Pandione Erichtheus. Aegeus ex Aethra Pithei filia Thesei genuit Plut. in vita The. Theseus.

Primi lanificij, & olei & vini vsum docuêre. Arare quoque, & serere frumenta, glande vescentibus monstrauerunt. Literæ certè ac facundia, & hic ciuilis ordo disciplinæ, veluti templum Athenas habent. Ante Deucalionis tempora Regem habuêre Cecropẽ: quẽ, vt omnis antiquitas fabulata est, biformẽ prodidêre, quia primus marem fœminæ matrimonio iũxit. Huic successit Cranaus, cuius filia Attis regioni nomen dedit. Post hunc Amphytrion regnauit, qui primus Mineruæ vrbem sacrauit, & nomen ciuitati Athenas dedit. Huius temporibus aquarum illuuies maiorẽ partem Græciæ absumpsit: superfuêre, quos refugia montium receperunt, aut ad Regem Thessaliæ Deucalionem ratibus vecti sunt: à quo propterea genus humanum conditum dicitur. Per ordinem deinde successionis, regnũ ad Erichtæum descendit: sub quo frumenti satio apud Eleusim à Triptolemo reperta est, in cuius muneris honorẽ noctes initiorum sacratæ. Tenuit & Aegeus Thesei pater Athenis regnum. A quo per diuortium decedens Medæa, propter adultam priuignæ ætatem, Colchos cum Medo filio ex Aegæo suscepto concesit. Post Aegæum Theseus: ac deinde Thesei filius Demophoon, qui auxilium Græcis aduersus

Demophoon.

Troia-

Troianos tulit, regnum possedit. Erant inter Athenienses, & Dorienses simultatum veteres offensæ: quas vindicaturi bello Dorienses, de euentu belli oracula consuluerunt. Responsum, superiores fore, ni Regem Athenienſem occidissent. Cùm ventum esset in prælium, militibus ante omnia custodia Regis præcipitur. Athenienſibus eo tempore Rex Codrus erat: qui & responso dei, & præceptis hostium cognitis, permutato Regis habitu pannosus, sarmenta collegerens, castra hostium ingreditur. Ibi in turba obsistentium à milite, quem falce æstu vulnerauerat, interficitur. Cognito Regis corpore, Dorienses sine prælio discedunt. Atque ita Athenienses, virtute ducis pro salute patriæ morti se offerentis, bello liberantur. Post Codrum nemo Athenis regnauit, quod memoriæ nominis eius tributū est. Administratio Reipublic. annuis magistratibus permissa est. Sed ciuitati nullæ leges tunc erant, quia libido Regum pro legibus habebatur. Eligitur itaque Solon vir iustitia insignis: qui velut nouam ciuitatem legibus conderet: qui tanto temperamēto inter plebem senatumq; egit, (cùm, si quid pro altero ordine tulisset, alteri displiciturum videretur) vt ab vtrisq; parem gratiam traheret. Huius viri inter multa egregia, & istud memorabile fuit: Inter Athenienses, & Megarenses de proprietate Salaminæ insulæ, prope vsq; ad interitum armis dimicatum fuerat. Post clades multas capitale esse apud Athenienses cœpit, si quis legem de vendicanda insula tulisset. Sollicitus igitur Solon, ne aut tacendo, parùm Reipublic. consuleret, aut censendo, periculum sibi

Codrus.

Exemplum pietatis erga patriam.

Mutatur status Reipub. Athenien.

SOLON.

de quo plura Herod. in Κλειώ.

Æstus Solonis.

sibi adferret, subitam dementiam simulat: cuius venia, nõ dicturus modò prohibita, sed facturus erat. Deformis habitu, more vecordium in publicum euolat, factoq; concursu hominum, quò magis consilium dissimularet, insolitis sibi versibus suadere populo cœpit, quod vetabatur: omniũq; animos ita cepit, vt extemplò bellum aduersus Megarenses decerneretur: insulaq; deuictis hostibus Athenienſiũ fieret. Interea Megarenses memores illati ab Athenienſibus belli, & veriti, ne frustrà arma mouisse viderentur, matronas Athenienſium in Eleusinis sacris noctu oppressuri, naues conscendunt. Quare cognita, dux Athenienſium Pisistratus iuuentutem in insidijs collocatis: iussis matronis solito clamore, ac strepitu & in accessu hostiũ, ne intellectos se sentiãt, sacra celebrare: egressosq; nauibus Megarenses inopinantes adgressus, deleuit: ac protinus classe captiua, intermixtis mulieribus, vt speciem captiuarum matronarum præberent, Megaram contendit. Illi cùm & nauium formam, & petitam prædam agnoscerent: obuij ad portam procedũt: quibus cæsis Pisistratus paululũ à capienda vrbe abfuit. Ita Megarenses suis dolis hosti victoriam dedere. Sed Pisistratus quasi sibi, non patriæ vicisset, tyrannidem per dolum occupat.

Carmina scripta sunt apud Diog. Laërtium.

Vafri & callidi ingenij exemplum.

Pisistratus.

Solonem ad Pisistratũ dixisse ferunt: Abuti eum Vlyssis in se affligendo exemplo. Illum enim, vt hostes, ipsum vt ciues falleret, sibijpsi manus intulisse.

Quippe verberibus voluntarijs domi adfectus, lacertoq; corpore in publicum progreditur: & aduocata con-

Dolus dolo sæpè vincitur.

ta concione, vulnera populo ostendit, de crudelitate principū, à quibus hoc se passum simulabat, queritur: addūtur vocibus lacrymæ, & inuidiosa oratione multitudo credula incēditur: amore plebis inuisum se senatui adfirmat: obtinet ad custodiam corporis satellitum auxilium, per quos occupata tyrannide per annos 34. regnauit post eius mortem Diocles alter ex filijs, per vim stuprata virgine, à fratre puellæ interficitur. Alter Hippias nomine, cùm imperium paternum teneret & interfectorem fratris comprahendi iubet: qui cùm per tormenta conscios cædis nominare cogeretur, omnes amicos tyranni nominauit: quibus interfectis, quærenti tyranno, an adhuc reliqui conscij essent. Diocles. Hippias.

Liberè dictum de tyrannis, per Lacedæmonios ex Athenis eiectis. Herod. libr. 5.

Nemo ait superest, quem amplius mori gestiam, quàm ipsum tyrannum: qua voce eiusdem tyranni se victorem post vindictam pudicitiæ sororis ostēdit. Huius virtute cùm admonita ciuitas libertatis esset: tandem Hippias regno pulsus, in exilium agitur: qui profectus in Persas: ducem se Dario, inferenti Athenientibus bellum, sicuti suprà significatum est, aduersus patriam suam offert. Igitur Athenienses, audito Darij aduentu, auxilium à Lacedæmonijs, socia tunc ciuitate, petierunt. Quos vbi viderunt quatridui teneri religione, non expectato auxilio, instructis decem millibus ciuium, & Platæensibus auxiliarijs mille, aduersus sexcenta millia hostium in campos Marathonios in prælium egrediuntur. Redit ad superiorem historiam de Dario bellū Athenienses inferentē.

BELLVM

BELLVM medicum, de quo Herodo. Xenophon. παλλαβὸς τὸ τάχος μᾶλλον τῆς βίας διαπράττεται τὰ δέοντα.

Nobilis ad Marathonem pugna.

Miltiades & dux belli erat, & auctor non expectandi auxilij: quē tanta fiducia cœperat, vt plus præsidij in celeritate, quàm in socijs duceret. Magna igitur currentibus in pugnam alacritas animorum fuit: adeò, vt tum mille passus inter duas acies essent, citato cursu ante iactus sagittarum ad hostem venirent: nec audaciæ eius euentus defuit. Pugnatum est enim tāta virtute, vt hinc viros, inde pecudes putares. Victi Persæ in naues confugerunt: ex quibus multæ suppressæ, multæ captæ. In eo prælio tanta virtus singulorum fuit, vt cuius laus prima esset, difficile iudicium videretur. Inter cæteros tamen Themistoclis adolescentis gloria emicuit: in quo iam tūc indoles futuræ imperatoriæ virtutis apparuit. Cynægeri quoq; militis Atheniensis gloria magis scriptorum laudibus celebrata est, qui post prælij innumeras cædes, cum fugientes hostes ad naues egisset: onustam nauem dextra manu tenuit: nec prius dimisit, quàm manum amitteret. Tum quoq; amputata dextra, nauem sinistra comprehendit: quam & ipsam cùm amisisset, ad postremum morsu nauem detinuit.

In hac pugna victæ sunt sex & quadraginta nationes. Militaris fortitudinis exempla. Præclarum facinus Cynægiri.

Vide Valer. Max.

Obserua quæ in hac historia Herodot. de Hippiæ somnio, & Epizelo Atheniense narrat.

Herod. lib. 6. Ἐν πάντῃ τῇ ἐν Μαραθῶν μά-

χῃ

χῃ ἀπέθανον τῶν βάρων κατὰ ἑξακισχιλίους καὶ τετρακοσίους ἄνδρας, αθηναίων δὲ ἕκαστον ἐννενήκοντα καὶ δύο.

Tantam in eo virtutem fuisse, vt non tot cædibus fatigatus, non ambabus manibus amissis victus, ad postremum truncus, & veluti rabida fera dentibus dimicauerit. Ducenta millia Persæ eo prælio sine nauigio amiserunt. Cecidit & Hippias tyrannus Atheniensis, auctor & concitator eius belli, dijs† patriæ vltoribus pœnas repetentibus. Intereà & Darius cùm bellum restaurârat, in ipso adparatu decidit: relictis multis filijs, & in regno, & ante regnum susceptis. Ex his† Artobazanes maximus natu, ætatis priuilegio, regnum sibi vendicabat: quod ius & ordo nascendi, & Natura ipsa gentibus dedit. Porrò Xerxes controuersiam non de origine, sed de nascendi fœlicitate †referebat. Namq; Artobazanem primum quidem Dario, sed priuato prouenisse: se Regi primũ natum dicebat. Fratres itaq; suos, qui antè geniti essent priuato priuatum patrimonium, quod eo tempore Darius habuisset, non regnum sibi vendicare posse: se esse quem primum in regnum Rex pater sustulerit. Huc accedere, quòd Artobazanes non patre tantum, sed & matre priuatæ adhuc fortunæ, auo quoq; materno priuato creatus sit: se verò & matrem Regina natũ, & patrem non nisi Regem vidisse. Auum quoque maternum Cyrum se Regem habuisse, non hæredem, sed conditorem tanti regni. Itaq; etsi æquo iure vtrunq; fratrem pater reliquisset, materno se tamen iure & auito vincere.

ἐπιφώνημα.

† Patriis.

† Arthemones.

† adferebat Contentio de imperio inter Artobazanem & Xerxem fratres.

Fraterna & amica de tanto imperio contentio.

Dedit

Dedit hoc Xerxi consilium Demaratus exsul, dicens: Idem quoque Spartæ seruari solere, obtinuitque ita à patre Dario Xerxes, vt Rex successor declararetur. Fuit enim hæc contentio (vt Herodotus scribit) ante Darij mortem in ipsa aduersus Græciam expeditione. Neque enim veteri Persarum instituto licebat Regi, nisi priùs successore constituto, in bellum proficisci.

†Arnaphernem. †insultaue rit.

Hoc certamen concordi animo ad patruum suum †Artaphernem, veluti ad domesticum iudicem, detulerunt, qui domi cognita causa, Xerxem præposuit: adeoq; fraterna contentio fuit, vt nec victor† exultauerit, nec victus indoluerit, ipsoq; luis tempore, inuicem munera miserint, & iracunda quoq; inter se, non solùm credula conuiuia habuerint: iudicium quoq; ipsum sine arbitris, sine conuitio fuerit. Tantò moderatiùs tum fratres inter se regna maxima diuidebant, quantò nunc exigua patrimonia partiuntur. Igitur Xerxes bellum à patre acceptum aduersus Græciam per quinquennium instruxit. Quod vbi primùm didicit Demaratus Rex Lacedæmoniorũ, qui apud Xerxem exulabat: amicior patriæ post fugam, quàm regi post beneficia, ne inopinato bello opprimerentur, omnia in tabellis ligneis magistratibus perscribit, easdēq́ue cæra superinducta delet, ne aut scriptura sine tegmine indicium daret: aut recens cæra dolum prodoret. Fido deinde seruo perferendas tradit, iusso magistratibus Spartanorum tradere. Quibus perlatis, Lacedæ-

IIII. Xerxes Persarum Rex quartus.

ἐπιφώνημα.

Restauratio belli aduersus Græciam per Xerxem.

Demaratus quasi populi votis petitus.

Astutum Demarati in

cedæmone quæstioni res diu fuit, quòd neq; scriptum aliquid viderent, nec frustrà missas suspicarētur, tantoq; rem maiorem, quantò sit occultior putabant. occultandis literis consilium.

Mulieri nomen fuit Corgo, ἦν δ' κλεομένος μὲν θυγάτηρ, λεονίδεω δ' γυνὴ:

Hærentibus in coniectura viris, soror Regis Leonidæ, consilium scribentis inuenit. Erasa igitur cæra belli consilia deteguntur.

Copiæ Xerxis.

Πεντικοσίας τε συριάδας, καὶ εἴκοσι καὶ ὀκτὼ, ὃ χιλιάδας τρεῖς, καὶ ἕκα τόμταδας δύο, καὶ δεκάδας, δύο ἀνδρῶν ἤγαγε, Ξέρξης ὁ Δαρείου μέχρι Σηπιάδος καὶ δερμοπηλέων.

Equitum verò quadringentorum millia habebat copias, auctore Probo Aemilio.

M. & CC. habet Probus, quas secutæ M. onerariæ.

Iam Xerxes septingenta millia de regno armauerat, & trecenta millia de auxilijs parauerat: vt non immeritò proditū sit, flumina ab exercitu eius siccata, Græciamq; omnem vix capere exercitum eius potuisse. Naues quoq; decies centum millia numero habuisse dicitur. Huic tanto agmini dux abfuit. Cæterū si regē spectes, diuitias, non ducē laudes: quarū tanta copia in regno eius fuit, vt cùm flumina multitudine consumerentur, opes tamen regiæ superessent. Ipse autem primus in fuga, postremus in prælio semper visus est. In periculis timidus: sicubi motus abesset, inflatus. Deniq; ante experimentum belli, fiducia virium, veluti naturæ ipsius dominus, & montes in planum de-

ducebat: & cõuexa vallium æquabat: & quædã maria pontibus sternebat: quædam ad nauigationis commodũ per compendiũ ducebat. Cuius introitus in Græciam quã terribilis, tam turpis ac fœdus discessus fuit.

Leonides dixisse fertur, malle se ceruorum agmen duce leone, quàm agmen leonum duce ceruo.

†Leonida Leonides.

Namq; cùm † Leonides Rex Spartanorum cum quatuor millibus militum angustias Thermopylarum occupasset.

Θερμοπύλαι λέγονται, ὅτι ἐσί ἐν τῇ ὁδῷ ταύτῃ θερμὰ λουτρά. Vide Herodotum lib. 7. Liuium lib. 16. Deca. 4.

Græcorũ cũ Xerxe ad Thermopylas pugna.

Xerxes contemptu paucitatis, eos pugnam capessere iubet, quorum cognati Marathonia pugna interfecti fuerant: qui dum vltiscì suos quærunt, principium cladis fuêre. Succedenti deinde inutili turba, maior cædes æditur. Triduo ibi cum dolore & indignatione Persarum dimicatum: quarto die, cùm nuciatum esset Leonidæ à XX. millibus hostium summum cacumẽ teneri: tunc hortatur socios, recedant, & se ad meliora patriæ tempora reseruet: sibi cum Spartanis fortunam experiẽdam, plura se patriæ quàm vitæ debere, cæteros ad præsidia Græciæ seruandos. Audito regis imperio discessêre cæteri: soli Lacedæmonij remanserunt. Initio huius belli, sciscitantibus Delphis oracula, respõsum fuerat: Aut regi Spartanorum, aut vrbi cadendum. Et idcircò cùm rex Leonides in bellum proficisceretur, ita suos firmauerat, vt ire se parato ad moriendum animo scirent. Angustias propterea occupaue-

Extat apud Hero. Græcũ Oraculũ.

cupauerat, vt cum paucis aut maiori gloria vinceret, aut minore dāno Reip. caderet. Dimißu igitur socijs, hortatur Spartanos, memmerint, qualiter cunq; præliarentur, cadendum esse: cauerent, ne fortiùs mansisse, quàm dimicasse videantur. Nec expectādum, vt ab hoste circumuenirentur, sed cùm nox occasionem daret, securis & lætis superueniendum. Nusquā victores honestiùs, quàm in castris hostiū perituros. Nihil erat difficile persuadere persuasis mori statim arma capiunt, & sexcenti viri in castra quingentorum millium irrumpunt: statimq; regis prætorium petunt, aut cum illo, aut si ipsi oppressi essent, in ipsius potißimum sede morituri. Tumultus totis castris oritur, Spartani posteaquam regem non inueniunt, per omnia castra victores vagantur: cadunt, sternuntq́ue omnia: vt qui sciant, se pugnare non spe victoriæ, sed in mortis vltione. Prælium à principio noctis in maiorem partem diei tractum. Ad postremū: non victi, sed vincendo fatigati, inter ingentes stratorum hostium cateruas occiderunt. Xerxes duobus vulneribus terrestri prælio acceptis, experiri maris fortunam statuit.

Præclara Leonidæ & Spartanorū virtus.

Exēpla militaris fortitudinis.

Naualis pugna instituitur.

Prudentis & callidi imperatoris exēplum, Themistocles.

Sed Atheniēsium dux Themistocles, cum animaduertisset Ionas, propter quos bellum Persarum Rex susceperat, in auxilium Regis classe venisse, sollicitare eos in partes suas statuit. Et cùm colloquendi copiam non haberet, quo applicaturi erant, symbolos proponi, & saxis proscribi curat. Quæ vos Iones dementia

tenet? Quod facinus agitatis? Bellũ inferre olim conditoribus vestris, nuper etiam vindicibus cogitatis? An ideò mœnia vestra cõdidimus, vt essent, qui nostra delerent? Quid si non hæc, & Dario prius, & nũc Xerxi belli causa nobiscum foret, quòd vos rebellantes nõ destituimus? quin vos in hæc † nostra castra exista obsidione transitis? An si hoc parùm tutum existat, vos commisso prælio ite cessum, inhibete remos, & à bello discedite.

† vestra.

Exemplum impietatis erga deos, Herod. li. 8. Sustulit omnia Asiæ templa, præter Ephesinæ Dianæ Solin.

Impietatis pœna.

Ante naualis prælij congressionem miserat Xerxes quatuor millia armatorum Delphos, ad templum Apollinis diripiendum, prorsus, quasi non cũ Græcis tantùm, sed cum dijs immortalibus bellum gereret, quæ manus tota imbribus & fulminibus deleta est, vt intelligeret, QVANTO GRAVIOR OFFENSA DEORVM ESSENT, TANTO NVLLAS ESSE HOMINVM ADVERSVS DEOS VIRES. *Posthæc, Thespias, & Plateas, & Athenas vacuas hominibus incendit, & quoniam ferro non poterat in homines, in ædificia igne grassatur. Namq; Athenienses post pugnam Marathoniam præmonente Themistocle, victoriã illam de Persis, non finẽ, sed causam maioris belli fore,* CC *naues fabricauerunt. Aduentante igitur Xerxe, consulentibus Delphis oraculum, respõsum fuerat.*

Athenæ incensæ, quanquã difficulter arx sit expugnata.

τεῖχος τριτογενεῖ ξύλινον διδεῖ εὐρύοπα Ζεύς. &c. Hero. li. 7. ἄνδρες πόλις, & οὐ τείχη, οὐδ' νῆες ἀνδρῶν κεναὶ.

Salutem

Salutem muris ligneis tuerētur. Themistocles nauium præsidium demonstratum ratus, persuadet omnibus: patriam municipes esse, nō mœnia: ciuitatemq; non in ædificijs, sed in ciuibus positam. Melius itaq; salutem nauibus, quàm vrbi commissuros huius sententiæ etiam deum auctorē esse. Probato consilio: cōiuges liberosq; cum pretiosissimis rebus abditis insulis relicta vrbe demandant. Ipsi naues armati conscendūt. Exemplum Athenēsium & aliæ vrbes imitatæ. Itaq; cū adunita omnis sociorum classis, & intenta in bellum nauale esset, angustiasq; Salaminij freti, ne circūueniri à multitudine possent, occupassent, dissensio inter ciuitatū principes oritur, qui cum deserto bello ad sua tuenda dilabi vellent, timens Themistocles, ne discessu sociorum vires minuerentur: Pugna ad Salaminē. Discordia.

Seruo. ὄνοπα μὲμ ἦν Σίκινος οἰκέτης ὢν καὶ παιδαγωγὸς τῶν Δεμισοκλέους παίδων.

Per seruum fidum Xerxi nunciat, vno in loco eum contractam Græciam posse capere facillimè. Quòd si ciuitates, quæ iam abire vellent, dissipentur, maiore labore eis singulas consectandas. Hoc dolo impellit Regē signum pugnæ dare. Græci quoq; aduētu hostium occupati, præliū collatis viribus capessunt. Interea Rex velut spectator pugnæ cum parte nauium in litore remanet. Artemisia autem regina Halicarnassis, quæ in auxilium Xerxi venerat, inter primores duces bellū acerrimè ciebat.

Exemplum muliebris fortitudinis Artemesia: effœminati autem ducis, Xerxes. Cùm videret autem Xerxes Artemisiam tam

fortiter pugnantem dixisse fertur: ὅτι μὲν ἄνδρες γεγόνασί μοι γυναῖκες, αἱ δὲ γυναῖκες ἄνδρες.

Præclara Græcorum victoria ad Salaminem.

Quippe, vt in viro muliebrem timorem, ita in muliere virilem audaciam cerneres. Cùm anceps prælium esset, Iones iuxta præceptum Themistoclis, pugnæ sese paulatim subtrahere cœperũt: quorum defectio animos cæteris fregit. Itaq; circumspicientes fugam, pelluntur Persæ, & mox prælio victi in fugam vertuntur. In qua trepidatione multæ submersæ naues, multæ captæ sunt. Plures tamen non minus sæuitiã Regis, quam hostem timẽtes, domum dilabũtur. Hac clade perculsum & dubium cõsilij Xerxem, Mardonius aggreditur. Hortatur, vt in regnum abeat, ne quid seditionis moueat fama aduersi belli, & in maius, sicuti mos est, omnia extollens, sibi CCC. millia armatorũ, lecta ex omnibus copijs relinquat: qua manu, aut cũ gloria eius perdomiturum se Græciam, aut si aliter euentus ferat, sine eiusdem infamia hostibus cessurum.

Noema.

Vna salus victis, nullã sperare salutem.

Probato consilio, Mardonio exercitus traditur: reliquas copias rex ipse reducere in regnum parat. Sed Græci audita regis fuga, consiliũ ineunt pontis interrumpendi: quẽ ille Abydo, velut victor maris fecerat, vt intercluso aditu, aut cũ exercitu deleretur, aut desperatione rerum, pacem victus petere cogeretur. Sed Themistocles timens, ne intercluſi hostes desperationem in virtutem verterẽt: & iter, quod aliter non patêret, ferro patefacerẽt, satis multos hostes in Græcia remanere dicitãs, nec augeri numerum retinendo oportêre, cùm vincere consilio cæteros non posset, eundem,

dem seruũ ad Xerxẽ mittit, certioremq; cõsilij facit, & occupare transitũ matura fuga iubet. Ille perculsus nuncio, tradit ducibus milites perducẽdos: ipse cũ paucis Abydõ contẽdit Vbi cùm solutum pontẽ hybernis tẽpestatibus offendisset, piscatoria scapha traiecit trepidus. Erat res spectaculo digna: et ad æstimationẽ rerum humanæ sortis, varietate mirãda, in exiguo latentem videre nauigio, quem paulò ante vix æhuor omne capiebat, carentẽ etiam omni seruorum ministerio, cuius † exercitus propter multitudinẽ terræ graues erant. Nec pedestribus copijs, quas ducibus assignauerat, fœlicius iter fuit. Siquidem quotidiano labori (neq; enim vlla est metuentibus quies) etiam fames accesserat. Multorũ deinde dierum inopia, contraxerat & pestem, tantaq́; fœditas moriẽtium fuit, vt viæ cadaueribus implerentur, alitesq́; & bestiæ, escæ illecebris sollicitatæ, exercitum sequerentur.

Turpis fuga Xerxis.

Egregium ἐπιφώνημα.

† exercitu. γνωμή.

Misera calamitas in exercitu Xerxis.

Olynthum ab Artabano expugnatam refert Herod.

Interim Mardonius Olynthũ in Græcia expugnat.

Legatus Mardonij erat Alexander Amyntæ filius: Græcorum copiæ, ἔσαν ἕνδεκα μυριάδες, βαρβάρων δὲ τρίκοντα μυριάδες.

Athenienses quoq; in spem pacis amicitiamq; Regis sollicitat, spondens incensæ eorum vrbis etiam in maius restitutionem. Posteaquã nullo pretio libertatem vidit his venalem, incensis, quæ reædificare ceperant, copias in Bœotiam transfert. Eò et Græcorũ exercitus, qui cẽtum millium fuit, secutus est. Ibiq́; prælium commissum, sed fortuna Regis cum duce mu-

tata non est. Nã victus Mardonius, veluti ex naufragio cum paucis profugit, castra referta regalis opulentiæ capta sunt. Vnde primùm Græcos diuiso inter se auro Persico, diuitiarum luxuria cœpit. Eodem fortè die, quo Mardonij copiæ deletæ sunt, etiam nauali prælio in Asia sub monte Mycale, aduersus Persas dimicatum est. Ibi ante congressionem, cùm classes ex aduerso starent, fama ad vtrumq; exercitum venit, vicisse Græcos, & Mardonij copias occisione occidisse. Tãtam famæ velocitatẽ fuisse, vt cum matutino tempore prælium in Bœotica cõmissum sit, meridianis horis in Asiam, per tot maria, & tantum spatij tam breui horarum momento de victoria nunciatum sit. Confecto bello, cùm de præmijs ciuitatum ageretur, omnium iudicio Athenienſium virtus cæteris prælata. Inter duces quoque Themistocles princeps, ciuitatum testimonio iudicatus gloriam patriæ suæ auxit. Igitur Athenienses aucti & præmijs belli, & gloria, vrbem ex integro condere moliuntur. Cùm mœnia maiora complexi fuissent, suspecti esse Lacedæmonijs cœpêre: rectè reputantibus, quibus ruina vrbis tantum incrementi dedisset, quantum sit datura munita ciuitas.

Victoria Græcorum ad Plateas duce Pausania Lacedæmoniorum.

De hac pugna Herod. in Calliope.

Themisto. clis laus.

Reficiuntur Athenæ.

Hanc historiam copiosè describit Thucyd. lib. 1. belli Peloponnesiaci.

Themisto clis consiliũ callidum.

Mittunt ergò legatos, qui monerent, ne munimenta hostibus & receptacula futuri rursus belli extruãt. Themistocles, vt vidit spei vrbis muideri, non existimans abruptè agendum, respondit legatis, ituros Lacedæmona, qui de ea pariter cum illis consultent. Sic dimissis Spartanis, hortatur suos, vt opus maturent.

Συμ-

Συμπρέσβεις ἔσαν Ἀξιῶνικος τε ὁ Λυσικλέους καὶ Ἀρίστων ὁ Λυσομάχου.

Deinde ipse interiecto tempore, in legationẽ proficiscitur: & nunc in itinere, infirmitate simulata, nunc tarditatem collegarum accusat, sine quibus agi iure nihil posse, diem de die proferendo, spatio cõsummando operi quærebat: cùm interim nunciatur Spartanis, opus Athenienſium maturari, propter quod denuò legatos mittunt, ad inſpiciendam rem. Tum Themiſtocles per ſeruum magiſtratibus ſcribit, Athenienſium, Lacedæmonum legatos vinciant, pignusq; teneant, ne in ſe grauiùs conſulatur. Adit deinde concionẽ Lacedæmoniorum, indicat permunitas Athenas eſſe, & poſſe illatum bellum nõ armis tantùm, ſed etiam muris ſuſtinere. Si quid ob eã rem de ſe crudelius ſtatuerent, legatos eorum Athenis in hoc pignus retentos. Grauiter deinde caſtigat eos, quod non virtute, ſed imbecillitate ſociorum potentiam quærerent. Sic dimiſſus, veluti triũphatis Spartanis, à ciuibus excipitur.

Bellum Lacedæmoniorum aduerſus Perſas. Pauſanias perfidi ciuis & ducis exemplum.

Poſt hæc Spartani ne vires otio corrumperent, & vt his illatum à Perſis Græciæ bellum vlciſcerẽtur, vltrò fines eorum depopulantur. Ducem ſuo ſociorumq; exercitui deligunt Pauſaniam, qui pro ducatu regnũ Græciæ adfectans, proditionis præmium cum Xerxe nuptias filiæ eius paciſcitur, redditis captiuis, vt fides Regis aliquo beneficio obſtringeretur. Scribit præterea Xerxi, quoſcunq; ad ſe nuncios miſiſſet, interfice- Thucy. li. 1. Congylus Cretenſis literas pertulit. Prob.

ret, ne res loquacitate hominum proderetur.

Hunc Aristiden appellat Hero. ἄνδρα ἄριστον, καὶ δικαιότατον τῶν Ἀθηναίων.

Sed dux Atheniensium Aristides, belli socius electus, collegæ conatibus obuiam eundo, simul et in rem sapienter consuledo, proditionis consilia discussit. Nec multò pòst, accusatus Pausanias damnatur. Igitur Xerxes, quum proditionis dolum publicatum videret, ex integro bellum instituit.

De Miltiade Hero. lib. 6. ἡ δὲ πεξομαχία καὶ ναυμαχία ἦν ἐπ' Εὐρυμέδοντι ποταμῷ ἐν Παμφιλίᾳ, ἡνίκα καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἀμφότερα Ἀθηναῖοι ἐνίκων ὑπὸ Μιλτιάδου στρατηγοῦντος. Thuc. lib. 1.

CIMON.

Græci quoq; ducem instituunt Cimonẽ Atheniensem, filium Miltiadis, quo duce apud Marathonẽ pugnatum est, iuuenem, cuius magnitudinem futurã, pietatis documenta prodiderunt. Quippe patrem, ob crimen peculatus in carcerem coniectũ, ibiq; defunctũ, translatis in se vinculis, ad sepulturam redemit. Nec in bello iudicium diligentiam fefellit. Siquidem non inferior virtutibus patris Xerxem terrestri nauali q; bello superatum, trepidũ se recipere in regni coegit.

Insigne pietatis exemplum.

IVSTINI HISTORICI
LIBER TERTIVS.

XERXES Rex Persarum, terror anteà gentium, bello in Græcia infœliciter gesto, etiam suis contemptui esse cœpit. Quippe Artabanus præfectus eius, deficiente quotidie

tidie Regis maiestate, in spem regni adductus, cum septē robustissimis filijs regiam vesperi ingreditur: nā amicitiæ iure semper illi patebat: trucidatoq; Rege, voto suo obsistentes filios eius dolo adgreditur. Securior de Artaxerxe puero admodum.

Xerxes per insidias trucidatus, regnauit annis secundū Eusebiū 20.

Crudelitatis & perfidiæ exemplum. Is Longimanus dictus fuit.

Fingit regem à Dario, qui erat adolescēs, quo maturiùs regno potiretur, occisum. Impellit Artaxerxē parricidium parricidio vindicare. Cùm ventum esset ad domum Darij, dormiens inuentus quasi somnum fingeret, interficitur. Deinde, cùm vnum ex Regis filijs sceleri suo superesse Artabanus videret, metueretqúe de regno certamina principum: adsumit in societatem consilij Baccabassum, qui præsenti statu contentus, rem prodit Artaxerxi, vt pater eius occisus sit, vt frater falsa parricidij suspicione oppressus, vt denique ipsi pararentur insidiæ.

Artaxerxes Lōgimanus Persarum Rex quintus, annis 40.

Δαρεῖος ἐρξείης Ξέρξις, ἀρήιος. Αρτοξέρξης, μέγας ἀρκίς.

Crudelitatis & perfidiæ pœna.

His cognitis, Artaxerxes verens Artabani numerum filiorum: in posterum diem paratum esse exercitum, armatumq; iubet, recogniturus & numerum militum, & armis industriam singulorum. Itaq; cùm inter cæteros & ipse Artabanus armatus adsisteret, Rex simulat se breuiorem loricam habere. Iubet Artabanum secum commutare. Exeuntē se ac nudatum gladio traiecit. Tum & filios eius corripi iubet, atque ita egregius adolescens, & cædem patris, & necē fratris, & se ab insidijs Artabani vindicauit. Dum hæc in Per-

De intestino Græcorum bello.

in Persis geruntur, interea Græcia omnis ducibus Lacedæmonijs & Athenienſibus, in duas diuiſa partes, ab externis bellis, velut in viſcera ſua arma cõuertit. Fiunt igitur de vno populo duo corpora: & eorũdem caſtrorum homines, in duos hoſtiles exercitus diuidũtur. Hinc Lacedæmonij communia quondam ciuitatum auxilia, ad vires ſuas trahebant. Inde Athenienſes, & vetuſtate generis, & geſtis rebus illuſtres, propijs viribus confidebãt. Atq; ita duo potẽtiſſimi Græciæ populi, inſtitutis Solonis & Lycurgi legibus pares, ex æmulatione virium in bellum ruebant. Namq; Lycurgus, cùm fratri ſuo† Polybiæ Spartanorũ regi ſuccеſſiſſet, regnum q; ſibi vindicare potuiſſet.

Lycurgus. †Polydectæ habet Plu.

Charilaus à χαίρειν quod infans Lycurgo in conuiuio eſſet oblatus, Plutarchus.

Charilao filio eius, qui natus Poſthumus fuerat, cùm ad ætatem adultam veniſſet, regnum ſumma fide reſtituit: vt intelligerent omnes, quantò plus apud bonos pietatis iura, quàm omnes opes valerent. Medio igitur tempore, dum infans conualeſcit, tutelamq́ue eius adminiſtrat, non habentibus Spartanis leges inſtituit: non inuentione earum magis, quàm exemplo clarior.

Præclara Lycurgi inſtituta, de quibus elegantiſſimè Xenophon, ἐν τῇ πολιτείᾳ Λακεδαιμονίων. & Plutar. in Lycurgo.

Siquidem nihil lege vlla in alios ſanxit, cuius non ipſe primus in ſe documenta daret. Populum in obſequia principum, principes ad iuſtitiam imperiorum firmauit. Parſimoniam omnibus ſuaſit: exiſtimãs, laborem

borem militiæ aßidua frugalitatis consuetudine faciliorem fore. Emi singula, non pecunia, sed compensatione mercium iußit. Auri argentiq́ vsum, velut omnium scelerum materiam sustulit. Administrationem Reipubli. per ordines diuisit. Regibus potestatem bellorum, † Magistratibus iudicia & annuas succeßiones, Senatui custodiam legum: † Populo sublegandi senatum, vel creandi quos vellet, magistratus potestatem permisit.

† Monarchia.
† Oligarchia.
Democratia.

Τὸ κλέπτειν ἀγατῶν ἐνόμιζε πολλὰς καὶ πληγὰς ἐπέβαλλε τῶ ἁλισκομένῳ.

Fundos omnium æqualiter inter omnes diuisit, vt æquata patrimonia neminem potentiorem alteri redderent. Conuiuari omnes publicè iußit: ne cuius diuitiæ vel luxuria in occulto essent. Iuuenibus nō ampliùs vna veste vti toto anno permissum: nec quenquā cultiùs, quàm alterum progredi: nec epulari opulētiùs, ne imitatio in luxuriam verteretur. Pueros puberes nō in forum, sed in agrum deduci præcepit: vt primos annos nō in luxuria, sed in opere & in laboribus agerent. Nihil eos somnij causa substernere, & vitam sine pulmento degere, neque prius in vrbem redire, quàm viri facti essent. Statuit virgines sine dote nubere. Iußit, vt vxores eligerentur, non pecunia: seueriusq́ matrimonia sua viri coërcerent, cùm nullis dotis frenis tenerentur. Maximum honorem non diuitum & potētum, sed pro gradu ætatis, senum esse voluit. Nec sanè vsquam terrarum locum honoratiorē senectus habet. Hæc quoniam primò, solutis anteà moribus, dura videbantur esse, auctorem eorum Apollinem

Abijt hoc in prouer.
In sola Sparta expedit senescere.
Vocauit inde decreta sua Lycurgus.
ῥήτρας.

nem Delphicum fingit: & inde se ea ex præcepto numinis detulisse: vt consuescendi tadium metus religionis euincat. Deinde, vt æternitatem legibus suis daret, iureiurãdo obligat ciuitatem, nihil eos de eius legibus mutaturos, priusquam reuerteretur, & simulat se ad oraculũ Delphicum profectũ, cõsulturum, quid addendum mutandumq; legibus videretur. Proficiscitur autem Cretam, ibiq; perpetuum exilium egit: abijciq; in mari ossa sua moriens iussit, ne relatis Lacedæmona, solutos se Spartani religione iurisiurãdi in dissoluendis legibus arbitrarentur.

Exemplum amoris erga patriã.

Primum Lacedæmoniorum cum Messenijs bellum.

His igitur moribus ita breui ciuitas †coaluit, vt cũ Messenijs, propter stupratas virgines suas, in solenni Messeniorum sacrificio bellũ intulissent: grauissima se exercitatione †obstrinxerint, non prius: quàm Messeniã expugnassent, reuersuros, tantu sibi vel de viribus suis vel de fortuna spondentes. Quæres initium dissensionis Græciæ, & intestini belli causa & origo fuit. Itaq; cùm †cõtra præsumptionem suam, annis X. in obsidione vrbis tenerentur: & querelis vxorum, post tã longam viduitatem reuocarentur, verti, ne hac perseuerantia belli grauiùs sibi, quàm Messenijs nocerent: quippe illis, quantum iuuentutis bello intercidat, multierum fœcunditate suppleri, sibi & belli damna assidua, & fœcunditatem vxorum absentibus viris nullã esse: itaq; legunt iuuenes ex eo genere militum, qui post iusiurandum in supplementũ venerant. Quibus Spartam remissis, promiscuos omnium fœminarũ concubitus

†coaluit.

†astringerent.

Causa & origo intestini belli.

VIII. an. imperij Romuli fuit hoc bellum, autor. Euse.

†Id est secus quam speraverant.

Vrbis nomen erat. Ithoma.

eblitus permisêre, maturiorem futurã conceptionem rati, si eam singulæ per plures viros experirentur. Ex his nati, ob notã materni pudoris, Parthenij sunt vocati. qui cùm ad annos XXX. peruenissent, metu inopiæ (nulli enim pater existebat, cuius in patrimonium succesio speraretur) ducem Phalantum adsumunt: filiũ † Arati, qui autor Spartanis fuerat, iuuentutis ad generandam sobolem domũ remittendæ: vt sicuti dudum patrẽ eius nascendi habuissent auctorẽ: sic ipsum spei ac dignitatis suæ haberent. Itaq; nec salutatis matribus, quarum adulterio infamiam collegisse videbãtur, ad sedes requirendas proficiscuntur, diuq; & per varios casus iactati, tandem in Italiam deferũtur, & oppugnata arce Tarentinorum, expugnatis veteribus incolis, sedem sibi cõstituunt. Sed post annos plurimos, dux eorum Phalantus, per seditionem in exilium perturbatus, Brunduſium se contulit, quò expulsi sedibus suis, veteres Tarentini concesserant. Is moriens persuadet, vt ossa sua, postremas q; reliquias conterant, & tacitè spargi in foro Tarentinorum curent. Hoc enim modo recuperare illos patriam suam posse, Apollinem Delphis cecinisse. Illi arbitrantes illum in vltionem sui fata ciuium prodidisse, præceptis paruêre. Sed oraculi diuersa sententia fuerat. Perpetuitatem enim vrbis, non amissionem hoc facto promiserat. Ita ducis exulis consilio & hostiũ ministerio, possesio Tarẽthina Parthenijs in æternũ fundata. Ob cuius beneficij memoriam Phalanto diuinos honores decreuêre. Interea Messenij, cùm virtute nõ possent, per insidias expugnantur. Deinde, cùm per annos LXXX. gra-

Parthenio-rum origo. Phalantus.

† Araci.

Vrbi conse-derint Par-thenij.

Tarentum.

Brunduſiũ.

Phalanti in-ingratos ci-ues pietas.

Secundum cum Messe-nijs bellum.

uia

uia seruitutis verba, plerunque vincula, cæteraq; captiuitatis mala perpeßi essent: poßt longam pœnarum patientiam bellū reßtaurant Lacedæmonij quoq; eò conßpiratiùs ad arma concurrunt: quò aduerßus seruos dimicaturi videbantur. Itaq; cum hinc iniuria, inde indignitas animos acueret, Lacedæmonij belli euentu, oraculo Delphis consulto, iubētur ducem belli ab Atheniēßibus petere. Porrò Athenienses, cùm reßponsum cognouißent: in contemptum Spartanorum Tyrtæum poëtam claudum pede misêre, qui tribus prælijs fußus, eò vßque deßperationis Spartanos adduxit, vt ad ßupplementum exercitus, seruos ßuos manumitterent, hisq; interfectorum matrimonia pollicerentur: vt nō numero tantùm amißsorum ciuium, sed & dignitati ßuccederent. Sed Reges Lacedæmoniorum, ne contra fortunā pugnando, maiora detrimenta ciuitati infunderent, reducere exercitum voluerunt, ni interuenißet Tyrtæus: qui compoßita carmina exercitui pro cōcione recitauit. In quibus hortamenta virtutis, damnorum ßolatia, belli cōßilia conßcripßerat. Itaq; tantum ardorem militibus iniecit, vt nō de ßalute, ßed de ßepultura ßolliciti, teßseras inßculptis ßuis et patrū nominibus, dextero brachio deligarent: Vt ßi omnes aduerßum prælium conßumpßißet, & temporis ßpatio confußa corporum lineamenta eßsent ex indicio titulorum tradi ßepulturæ poßßent. Cùm ßic animatum Rēges exercitum viderent, curam rem hoßtibus nunciare. Meßsenijs autem nō timorem res, ßed æmulationem mutuam dedit. Itaq; tantis animis concurßum eßt, vt rarò vnquàm cruentius prælium fuerit. Ad poßtre-

Tyrteus Poetē clau dus dux La. cedæmon.

Tyrtæi ad milites car mina ex hortatoria.

III. bellum cum Messenijs.

postremum tamē victoria Lacedæmoniorum fuit. Interiecto tempore, tertium quoq; bellum Messenij reparauêre. In cuius auxilium Lacedæmonij inter reliquos socios etiam Athenienses adhibuêre: quorum fidem cùm suspectam haberent, superuacuos eos simulantes, à bello eosdē dimiserunt. Hanc rem Athenienses grauiter ferentes: pecuniā, quæ erat in stipendiū Persici belli ab vniuersa Græcia collata, à Delo.

Bellum Peloponnesiacum, de quo Thucy.

(Erat enim Delos pro communi ærario. Prob. in vita Arist.)

Athenas transferunt: ne deficientibus à fide societatis Lacedæmonys prædæ ac rapinæ esset. Sed nec Lacedæmonij quieuêre: qui cum Messeniorū bello occupati essent, Peloponnenses immisêre, qui bellū Athenienſibus facerent. Paruæ tunc temporis, classe in Aegyptum missa, vires Athenienſibus erant. Itaq; nauali prælio dimicantes, facilè superantur. Interiecto deinde tempore, post reditum sociorum aucti, & classis & militum robore, prælium reparant. Iam & Lacedæmonij omissis Messenijs aduersus Athenienses arma verterant. Diu varia victoria fuit. Ad postremum æquo Marte vtrinq; discessum. Inde reuocati Lacedæmonij ad Messeniorum bellum, ne medium tempus otiosum Athenienſibus relinquerent, cum Thebanis paciscuntur, vt Bœotiorum imperium his restituerēt, quod temporibus Persici belli amiserant, vt illi cum Athenienſibus bella susciperent. Tantus furor Spartanorum erat, vt duobus bellis impliciti, susciperent tertiū non recusarent: dummodò inimicis suis hostes acquirerent. Igitur Athenienses aduersus tantam tempe-

Thucy. l. 5.

Victi sunt in Halia.

ſtatem belli duos duces deligũt: Periclẽ ſpectatæ virtutis virum, & Sophoclem ſcriptorem tragœdiarum: qui diuerſo exercitu & Spartanorum agros vaſtauêrunt, & multas Achaiæ ciuitates Athenienſium imperio adiecerunt. His malis fracti Lacedæmonij, in annos XXX. pepegerunt pacem. Sed tam lõgum otium inimicitiæ nõ tulerunt. Itaque intra XV. annos rupto fœdere, cum contemptu Deorum hominumq; fines Atticos populantur. Et ne prædam potiùs, quàm pugnam expetiſſe viderentur, hoſtes ad prælium vocant. Sed Athenienſes, conſilio Periclis ducis, populationis iniuriam differunt in tempus vltionis: ſuperuacuam pugnam exiſtimantes, cùm vlciſci hoſtem ſine periculo poſſent: Deinde interiectis diebus naues conſcendunt: & nihil ſentientibus Lacedæmonijs, totã Spartam deprædantur, multoqúe plura auferunt, quàm amiſerant. Prorſus in comparatione damnorum longè plurimi fuerit vltio, quàm ira. Clara quidem hæc Periclis expeditio habita: ſed multò clarior priuati patrimonij contemptus fuit.

Pericles, de quo Thuc. li. 2. & Plu.

Perfidiæ exemplum.

Liuius eodem conſilio Hannibalem ferrum ignemq;, & vim omnem hoſtilem à Fabij agris abſtinere iuſſiſſe, ſcribit.

Huius agros in populatiõe cæterorum intactos hoſtes reliquerant, ſperantes acquirere ſe illi poſſe, aut periculum ex inuidia, aut ex ſuſpitione proditionis infamiam. Quòd antè perſpiciẽs Pericles, & futurum populo prædixerat, et ad inuidiæ impetũ declinandũ, agros ipſos dono Reipub. dederat. Atq; ita, vnde periculum

Extat hac de re apud Thucy. oratio.

culum quæsitum fuerat, ibi maximam gloriam inuenit. Post hæc interiectis diebus, nauali prælio dimicatū est. Victi Lacedæmonij fugerunt. Nec cessatum deinceps est, quin aut terra aut mari varia præliorum fortuna inuicem se trucidarēt. Deniq; fessi tot malis, pacem in annos quinquaginta fecēre: quam non nisi sex annis seruauerunt. Nam inducias, quas proprio nomine condixerant, ex sociorū persona rumpebant. Quippè quasi minùs periurij contraherent si ferētes socijs auxilia potiùs, quàm si aperto prælio dimicaßēt. Hinc bellum in Siciliam trāslatum, quod priusquàm exponam, de Siciliæ situ pauca dicenda sunt.

IVSTINI HISTORICI
LIBER QVARTVS.

SIciliam ferunt angustis quondam faucibus Italiæ adhæsisse, direptamq; velut à corpore maiore impetu superioris maris, quod toto vndarum onere illuc vehitur. Siciliæ descriptio.

Hæc loca vi quondam, & vasta conuulsa ruina, dissiluisse ferunt, &c. Verg. Vide Plin. lib. 15.

Est autem ipsa terra tenuis ac fragilis, & cauernis quibusdam, fistulisq; ita penetrabilis, vt ventorū tota fermè flatibus pateat: nec non & ignibus generandis, nutriēdisq; soli ipsius naturalis vis. Quippe intrinsecùs stratum sulphure & bitumine traditur: quæ res facit, vt spiritum cum igne inter interiora luctante, frequenter & compluribus locis, nunc flammas, nunc vaporem, nunc fumum eructet.

Interdum scopulos, auulsaq; viscera montis Erigit eructans.

AETNA

Inde deniq; Aetnæ montis, per tot secula durat incendiū. Et vbi acrior per spiramenta cauernarū ventus incubuit: harenarum moles egerūtur. Proximum

Rhegium ἀπὸ τοῦ ῥήγνυσθαι.

Italiæ promontorium Rhegium dicitur: ideò, quòd Græcè abrupta hoc nomine pronunciātur. Nec mirū, si fabulosa est loci huius antiquitas: in quem res tot coire mirę. Primùm, quòd nusquam aliàs tam torrēs fretum: nec solùm citato impetu, verùm etiam sæuo. Neq; experiētibus modò terribile, verum etiam procul visentibus. Vndarum porrò inter se concurrentiū tanta pugna est, vt aliàs veluti terga dantes vorticibus mergi, ac in imū desidere, aliàs quasi victrices in sublime ferri videas. Nunc hic fremitum feruentis æstus, nunc illic gemitum in voragine desidētis exaudias. Accedunt vicini, & perpetui Aetnæ mōtis ignes,

Aeliodes insulæ.

& insularum Aeolidum, velut ipsis vndis alatur incendium. Neq; enim in tam angustis terminis aliter durare tot seculis tantus ignis potuisset, nisi & humoris nutrimentis aleretur.

Dextrum Scylla latus, læuum implacata Charybdis obtinet.

Hinc igitur fabulæ Scyllam & Charybdim peperêre: hinc latratus auditos, hinc mōstri credita simulacra: dum nauigantes magnis vorticibus pelagi desidentis exterriti, latrare putant vndas, quas sorbentis

Scylla. Charybdis.

æstus vorago collidit. Eadem causa etiam Aetnæ montis perpetuos ignes facit. Nam aquarum ille concursus raptum secum spiritum in imum fundum trahit:

atq;

atq; ibi suffocatum tam diu tenet, donec per spiramẽta terræ diffusus, nutrimẽta ignis incendat. Iam ipsa Italiæ, Siciliæq; vicinitas, iam promontoriorũ altitudo ipsa ita similis est, vt quantùm nunc admirationis, tantùm antiquis terroris dederit, credentibus, coëuntibus inter se promontorijs, & rursum discedentibus solida intercipi, absumiq; nauigia: Neq; hoc ab antiquis in dulcedinem fabulæ compositum: sed metu & admiratione transeuntium. Ea est enim procul inspicientibus natura loci, vt sinum maris, non transitum putes: quò cùm acceſſeris, discedere, ac seiungi promontoria, quæ anteà iuncta fuerant, arbitrẽre. De Sicilia Thuc. lib. 6. Angustiæ Siculi freti.

Trinacria, à Thucyd. autore Plinio Triquetra etiam dicta.

Siciliæ primò Trinacriæ nomẽ fuit. Prætereà Sicania denominata est. Hæc à principio patria Cyclopum fuit, quibus extinctis, Aeolus regnũ insulæ occupauit: post quem singulæ ciuitates in tyrannorum imperium conceſſerunt: quorum nulla terra feracior fuit. Horũ ex numero Anaxilaus iustitia cum cæterorum crudelitate certabat: cuius moderatio haud mediocrẽ fructum tulit. Quippe decedẽs, cùm filios paruulos reliquisset, tutelamq; eorum † Micytho, spectatæ fidei seruo cõmisisset: tantus amor memoriæ eius apud omnes fuit, vt parêre seruo, quã deserere rẽgis filios mallẽt. Principesq; ciuitatis obliti dignitatis suæ, regni maiestatem administrari per seruũ paterẽtur. Imperiũ Siciliæ etiã Carthaginenses tentauêre, diuq; varia victoria cũ tyrannis dimicatũ ad postremũ, amisso Hamilcare Imperatore cum exercitu aliquãtisper quiescere Aeoles. Exemplum iustitiæ & moderationis. Anaxilaus. † Michilo. Vide infrà lib. 19.

Exemplum crudelitatis & perfidiæ. †Mox.

uêre victi. Medio tempore cum Rhegini discordia laborarent: ciuitasq; per dissensionẽ diuisa in duas partes esset: veterani ab altera parte, ab imera vrbe in auxilium vocati: pulsis ciuitate, contra quos implorati fuerant, & †exinde cæsis, quibus tulerant auxiliũ: vrbem cum coniugibus & liberis sociorum occupauêre, ausi facinus nulli Tyranno comparãdum. Quippe, vt Rheginis melius fuerat vinci quàm vicisse. Nam

†victorib.

siue †auctoribus captiuitatis iure seruissent, siue amissa patria exulare necesse habuissent: non tamen inter aras & patrios lares trucidati crudelissimis tyrannis patriã cum coniugibus ac liberis prædã reliquissent.

Sicilienſe bellum, quo Athenienſium res ſunt vehementer acciſæ.

Catanenses quoq; cùm Syracusanos graues paterentur: diffisi viribus suis, auxilium ab Athenienſibus petiuêre, qui seu studio maioris imperij, quod Asiam Græciamq; penitus occupârant: seu metu factæ pridem à Syracusanis classis, ne Lacedæmonijs illæ vires accederent: Lamponium ducem cum classe in Siciliã misêre, vt sub specie ferendi Catanensibus auxilij, tentarent Siciliæ imperium. Et quoniam prima initia, frequenter cæsis hostibus, prospera fuerant: maiore

†Lacheteo.

denuo classe & robustiore exercitu† Lachete et Chariade ducibus Siciliam petiuêre.

εἴκοσι ναῦς ἐς Σικελίαν, καὶ λάχητα καὶ χαρικλέα. Thucyd. lib. 3.

Sed Catanenses, siue metu Athenienſium siue tædio belli, pacem cum Syracusanis remissis Athenienſiũ auxilijs, fecerunt. Interiecto deinde tempore, cum fi-

des

despacis à Syracusanis nō seruaretur, denuò legatos Athenas mittunt: qui sordida veste, capillo barbaq; prolixis, & omni squaloris habitu ad misericordiam commouendam †adquisito, concionem deformes adeunt. Addunt preces lachrymæ, & ita misericordem populum supplices mouent, vt damnarentur duces, qui ab his auxilia deduxerant. Igitur classis ingens decernitur: creantur duces † Nicias & Alcibiades & Lamachus: tantisq; viribus Sicilia repetitur, vt ipsis terrori essent: in quorum auxilia mittebātur. Breui pòst tempore, reuocato ad reatum Alcibiade, duo prælia pedestria secunda † Nicias & Lamachus faciunt. Munitionibus deinde circundatis, hostes etiā marinis commeatibus in vrbe clausos intercludunt. Quibus rebus fracti Syracusani auxilium à Lacedæmonijs petiuerunt. Ab his mittitur Gylippus solus quidem, sed qui instar omnium auxiliorum erat. Is audito genere belli iam inclinato statu, auxilijs partim in Græciam, partim in Siciliam contractis, opportuna bello loca occupat.

†accersito

Nicęas. Alcibiades Lamachus Thucyd. lib. 6. †Niceas. Gylippus.

Lamachum Thucy. refert ante Gylippi aduentum occisum. Naues in supplementum missæ fuerunt tres & septuaginta.

Duobus inde prælijs victus: congressus tertio, occiso Lamacho, & hostes in fugam compulit, & socios obsidione liberauit. Sed cum Athenienses à bello terrestri, in nauale se transtulissent: Gylippus classem à Lacedæmone cum auxilijs accersit: quo cognito, & ipsi Athenienses in locum amissi ducis Demosthenem & Eurimedonta cū supplemento copiarum mittunt.

Nauali pugnæ, vt Thucyd. narrat, non adfuit Demosthenes, sed in terrestri & nocturno prælio ad Epipolas, cuius egregiam descriptionem vide lib. 7. Thucyd.

Peloponnesij quoq; communi ciuitatum decreto, ingentia Syracusanis auxilia misêre, et quasi Græciæ bellum in Siciliã translatum esset: ita ex vtraq; parte summis viribus dimicabatur. Prima igitur congressione naualis certaminis Athenienses vincuntur. Castra quoq; cum omni publica ac priuata pecunia amittunt. Super hæc mala cùm etiam terrestri prælio victi essent, tunc Demosthenes censere cœpit, vt abirẽt Sicilia, dum res, quamuis afflictæ, nondum tamẽ perditæ forent: neq; in bello malè auspicato ampliùs perseuerandum esse, domi grauiora, et forsitan infœliciora bella esse in quæ reseruare hos vrbis apparatus oporteat. Nicias seu pudore malè actæ rei, seu metu destitutæ spei ciuium, seu impellente fato, manere contendit. Reparatur igitur nauale prælium, & à nimia prioris fortunæ procella, ad spem certaminis reuocantur. Sed inscitia ducum, qui inter angustias maris tuẽtes se, Syracusanos adgressi facilè vincuntur.

Miserrimam Atheniensium cladem, pluribus describit elegantissimè Thuc. in fi. libr. 7. Συρακούσιοι Νικίαν καὶ Δημοσθένην ἄκοντος Γυλίππου ἀπέσφαξαν.

Eurymedon dux in prima acie fortissimè dimicãs, primus cadit, Triginta naues quibus præfuerat, incenduntur. Demosthenes & Nicias, etiam ipsi victi, exercitum in terram deponũt: tutiorem fugam rati itinere

Nicæas. Variant auctores de

nere terrestri. Ab his relictas C. & XXX. naues Gylippus inuasit: ipsos deinde insequitur fugientes, partim capit, cædit partim. Demosthenes amisso exercitu, à captiuitate, gladio & voluntaria morte se vindicat. Nicias autem, ne Demosthenis quidem exemplo, vt sibi consuleret, admonitus, cladem suorum auxit dedecore captiuitatis. morte Demosthenis. Vide Plutarchum.

IVSTINI HISTORICI
LIBER QVINTVS.

Plutarchus in vita Alcibiad. copiosè hanc historiam narrat. Festa Adonia appellat Plut. Olympiadæ sacerdotes appellantur à Probo.

DVM Athenienses in Sicilia bellum per biennium cupidiùs, quàm fœliciùs gerunt: interim concitator & dux eius Alcibiades absens Athenis insimulatur, mysteria Cereris, initiorum sacra, nullo magis quàm silentio solennia enunciauisse: reuocatusq; à bello ad iudicium, siue conscientiam, siue indignitatem rei non ferens, tacitus in exilium Elidē profectus est. Inde vbi non damnatum se tātùm, verùm etiā dijs, per omniū sacerdotum religiones, deuotū cognouit, Lacedæmona se cōtulit. Ibiq; Regem Lacedæmoniorū impellit, turbatis Athenienſibus aduerso Siciliæ prælio vltrò bellū inferre. Quo facto, omnia Græciæ regna, velut ad extinguendum cōmune incēdium concurrūt, tantū odium Atheniēses immoderati imperij, † crudelitate cōtraxerant. Darius quoq; Rex Persarum memor paterni ἐπιφανῶς. Thucy. l. 8. † cupiditate.

auitiq́ in hanc vrbem odij, facta cum Lacedæmonijs per Thissaphernem præfectum Lidiæ societate, omnē sumptum belli pollicetur. Et erat quidem hic titulus cum Græcis coeūdi: re autem vera timebat, ne victis Atheniensibus, ad se Lacedæmonij arma transferrēt. Quis igitur miretur, tam florentes Atheniēsium opes fuisse, cùm ad opprimendā vnam vrbem totius Orientis vires concurrerent? Non tamen inerti neq; incruento cecidêre bello: sed præliati ad vltimum, victores etiam interdum consumpti magis fortunæ varietate, quàm vi victi sunt. Principiò belli, omnes etiam ab his socij desciuerāt, vt fit, QVO SE FORTVNA, EODEM ETIAM FAVOR HOMINVM INCLINAT. Alcibiades quoq; motum aduersus patriā bellum, non gregarij militis opera, sed imperatorijs virtutibus adiuuabat. Nempè, acceptis quinq; nauibus, in Asiam contendit: & tributarias Atheniēsium ciuitates auctoritate nominis sui, ad defectionē compellit. Sciebāt enim domi clarum, nec exilio videbāt factum minorem: nec tam ablatum Atheniēsibus ducem, quàm Lacedemonijs traditum, partaq́ cum amissis imperia † pensabant. Sed apud Lacedæmonios virtus Alcibiadis plùs inuidiæ, quàm gratiæ cōtraxit. Itaq; cùm principes velut æmulum gloriæ suæ interficiendum insidijs mandassent: cognita re,

Odium Græcorum in Athenienses.

Thucy. τὸ παρὰ ἀεὶ βαρὺν τῖς ὑπηκούρες.

†Pensantē.

Vxori Timeæ nomen fuit, quæ ex Alcibiade Leotychidem peperit.

Alcibiades per vxorem Agidis regis, quam adulterio cognouerat, ad Thissaphernum præfectum Darij

regis

regis profugit. Cui se celeriter officij comitate, & obsequendi gratia insinuauit.

Δημοσθένης κατὰ μεδίου λέγειν ἐδόκει πάντων ὥς φασιν εἶναι δεινότατος Αλκιβιάδης.

A facilitate morum appellatur à Plutarcho Cameleon: Alcibiadis de Græcis consilium. Obseruabis autem varium & vafrum ingenium.

Erat enim & ætatis flore, & formæ veneratione, nec minùs eloquentia etiã inter Athenienses insignis: sed in conciliandis amicitiarum studijs, quàm in retinẽdis vir melior, quia morũ vitia sub vmbra eloquentiæ primò latebant. Igitur persuadet Thissapherni, ne tanta stipẽdia classi Lacedæmoniorum præberet. Vocandos enim in portionem muneris Ionios, quorum pro libertate, cùm tributa Atheniensibus penderent, bellum susceptũ sit. Sed nec auxilijs nimis enixè Lacedæmonios iuuandos: Quippe memorem esse debere. Alienam se victoriam, nõ suam instruere: & eatenùs bellum sustinendum, ne inopia deseratur. Nã regem Persarum, dissentientibus Græcis, arbitrum pacis ac belli fore, & quos suis non possit, ipsorum armis victurum. Perfectò autem bello, statim ei cum victorib. dimicandum. Domesticis itaq; bellis Græciã obterendam, ne † exteriùs vacet: exæquãdasq; vires partiũ, & inferiores auxilio leuandos. Non enim quieturos post hanc victoriam Spartanos, qui vindices se libertatis Græciæ professi sunt.

† externis.

Classis regia, erant φοίνισσαι νῆες ἕπτα καὶ τεσσαράκοντα καὶ ἑκατόν.

Grata

Grata oratio Thissapherni fuit. Itaq; commeatu malignè præbere, classem regiam non totam mittere, ne aut victoriam totam daret, aut necessitatem deponendi belli imponeret. Interea Alcibiades hanc operā ciuibus vendicabat: ad quem cùm legati Atheniensiū veniſſent, pollicetur his amicitiam regis, si Respubl. à populo translata ad Senatum foret: speras, vt aut cōcordāre ciuitate, dux belli ab omnibus legaretur, aut discordia inter ordines facta, ab altera parte in auxilium vocaretur.

Thucyd. ait, summam rerum non Senatui concessam, sed quadringentos vi & armis imperium occupasse.

Sed Atheniensibus imminente periculo belli, maior salutis quàm dignitatis cura fuit. Itaq; permittēte populo, imperium ad Senatum transfertur: qui cùm insita genti superbia, crudeliter in plebem cōsuleret, singulus tyrannidis sibi potentiam vindicātibus, ab exercitu Alcibiades exul reuocatur, duxq; classis cōstituitur. Statim igitur Athenas mittit, ex continenti se cum exercitu venturum, recepturumq; à quadringentis iura populi, ni ipsi redderent. Hac denunciatione opprimates territi, primò vrbem prodere Lacedæmonijs tentauere: deinde cùm id nequiſſent, in exilium profecti sunt. Igitur Alcibiades inteſtino malo patria liberata, summa cura classem instruit, atq; ita in bellum aduersus Lacedæmonios pergit. Iam † Mindarus & Pharnabazus Lacedæmoniorum duces instructis nauibus expectabant.

Erat tū exercitus in Samo. Hactenus Thucy. Iam Xenophon

† Zestromidarus.

Prælium hoc commissum est in Cyzico, in quo

quo omnes hostium, præter Syracusanorum naues sunt captæ.

Illustris victoria Atheniensium ad Cyzicum XXX. naues habet Plutarch.

Prælio commisso, victoria penes Athenienses fuit, in eo bello maior pars exercitus, & omnes fermè hostiũ duces cæsi, naues octoginta captæ. Interiectu quoque diebus, cùm bellum Lacedæmonij à mari in terram transtulissent, iteratò vincuntur. Hi malis fracti pacem petiere, quam ne acciperent, opera eorum effectum est, quibus ea res quæstum præstabat. Interea & Syracusanorum auxilia, illatum à Carthaginensibus Siciliæ bellum, domum reuocauit. Quibus rebus destitutis Lacedæmonijs, Alcibiades cum classe victrici Asiam vastat: multis locis prælia facit, vbiq; victor recipit ciuitates, quæ defecerant, nonnullas capit, & imperio Atheniensium adijcit. Atq; ita prisca nauali gloria vindicata, adiecta etiam laude terrestris belli desideratus ciuibus suis Athenas reuertitur. His omnibus prælijs ducentæ naues hostium, & prædatingẽs captæ: ad hunc redeũtis exercitus triumphum, effusa omnis multitudo obuiam procedit: & vniuersos quidem milites, præcipuè tamen Alcibiadem mirantur. In hunc oculos ciuitas vniuersa, in hunc suspensa ora conuertit. Hũc quasi de cælo missum, & vt ipsam victoriam comitẽtur: laudant, quæ pro patria, nec minus admirantur, quæ exul cõtra gesserit: excusantes ipsi, iratum, prouocatumq; feciſſe. Enimuerò tantum in vno viro fuisse momenti, vt maximi imperij subtersi, & rursum recepti auctor esset: & vnde steterisset, eò se victoria transferret, fieret q; cum eo mira quædam fortunæ inclinatio. Igitur omnibus non humanis tantùm,

Egregia descriptio reditus Alcibiadis exulis in patriã.

Laus Alcibiadis.

Sic Liui. de Camillo. quocunq; se contulisset, victoriã secum haud dubiam trahebat.

tùm, verùm etiã & diuinis eum honoribus honorãt: certant secum ipsi, vtrum contumelioſiùs eum expulerint, an reuocauerint honoratiùs. Ipſos illi deos gratulantes tulêre obuiam, quorum execrationibus erat deuotus. Et cui paulò antè omnem humanam opem interdixerant, eum, ſi queant, in cœlo poſuiſſe cupiũt. Explent contumelias honoribus, detrimenta muneribus, execrationes precibus. Non Siciliæ illis aduerſa pugna in ore eſt, ſed gratiæ victoria: nõ claſſes per illum amiſſæ, ſed adquiſitæ: nec Syracuſanorum, ſed Ioniæ Helleſpontiq; meminerũt. Sic Alcibiades nunquã mediocribus, nec in offenſam, nec fauorem ſtudijs ſuorum acceptus eſt. Dum hæc agũtur à Lacedæmonijs, Lyſander claſſi belloq; præficitur, & in locũ Tiſſaphernis Darius rex Perſarum filium ſuum Cyrum Ioniæ Lydiæq; præpoſuit: qui Lacedæmonios auxilijs opibuſque ad ſpem fortunæ prioris erexit.

Lyſander aſtuti & calidi imperatoris exemplũ, de quo vide Plut.

Hanc pugnam abſente Alcibiade, ab Antiochо eius præfecto commiſſam eſſe, ad portum Epheſiorum, refert Xenophon.

Auctis igitur viribus, Alcibiadem cum centum nauibus in Aſiam profectum, dum agros lõga pace diuites ſecurus populatur, et prædæ dulcedine ſine inſidiarum metu ſparſos milites haberet, repentino aduentu oppreſêre: tantaq; cædes palantium fuit, vt plus vulneris eo prælio Athenienſes acciperent, quàm ſuperioribus dederant: & tanta deſperatio apud Athenienſes erat, vt ex continẽti Alcibiadem ducem, Conone duce cõmutarent: arbitrantes victos ſe non fortuna belli, ſed fraude imperatoris, apud quem plus prior offenſa va-

sa valuisset, quàm recentia beneficia. Vicisse aũt eum priore bello ideò tantùm, vt ostenderet hostibus, quem ducem spreuissent, & vt cariùs eis ipsam victoriam venderet.

In vitijs & virtutibus nihil fuit Alcibiade excellentius. Prop. Secundum Alcibiadis exilium.

Omnia enim credibilia in Alcibiade, vigor ingenij, & vitiorum amor, & morum luxuria faciebat. Veritus itaq; multitudinis impetum, denuò in voluntariũ exilium proficiscitur. Itaq; Conon Alcibiadi suffectus, habens ante oculos, cui duci suceßisset, classem maxima industria† exornat: sed nauibus exercitus deerat fortißimis quibusq; in Asiæ populatione amißis. Conon. †adornat.

Pugnatum est ad Mitylenas: estque vrbs obsessa & oppugnata à duce Lacæd. Callicratida.

Αθηναῖοι ἔψυφίσαντο βοηθεῖν ναυσὸν ἑκατόν Ὁ δέκα, ἐκβιβάζοντες ὅσοι ἐν ἡλικίᾳ ὄντας ἅπαντας καὶ δούλους καὶ ἐλευθέρους.

Armantur tamẽ senes, aut impuberes pueri: & numerus militum sine exercitus robore expletur. Sed nõ magnam bello moram ætas fecit: imbelles aut cadun tur paßim, aut fugiẽtes capiuntur. Tantaq; strages, aut occisorum, aut captiuorum fuit, vt Atheniensium deletum non imperium tantùm, verùm etiam nomẽ videretur, quo prælio perditis, & desperatis rebus, ad tantam inopiã rediguntur, vt cõsumpta militari ætate, peregrinis ciuitatẽ, seruis libertatẽ, dãnatis impunitatem darent. Eaq; colluuione hominum, Domini Cædes Atheniensium.

anteà

antea Græcia, cõscripto exercitu, vix libertatem tuẽbantur. Iterùm tamen fortunam maris experiẽdam decernunt. Tanta virtus animorum erat, vt cùm paulò antè salutem desperauerint, nunc non desperẽt victoriam. Sed neq; is miles erat, qui nomen Atheniensium tueretur: neq; hæ vires, quibus vincere cõsueuerant: neq; ea scientia militaris in his, quos vincula, nõ castra continuerant.

Maxima clades Athenienſium. Deſcribit autem hanc pugnam egregiè Xenophon.

Itaq; omnes, aut capti, aut occiſi, cùm dux Conon eo prælio ſuperfuiſſet ſolus, crudelitatem ciuium metuens, cum octo nauibus ad regem Cyprium confugit. †Euagoram. At dux Lacedæmoniorum, rebus fœliciter geſtis, fortunæ hoſtium inſultat, captiuas naues cum præda bellica in triumphi modum ornatas mittit Lacedæmona, ac tributarias Athenienſium ciuitates, quas metus dubiæ belli fortunæ in fide tenuerat, voluntarias recipit: nec aliud ditioni Athenienſium, præter vrbem ipſam reliquit. Quæ cuncta cùm Athenis nunciata eſſent: omnes, relictis domibus, per vrbem diſcurrere pauidi, alius alium ſciſcitari, auctorẽ nunciĳ requirere, nõ pueros imprudentia, nõ ſenes debilitas, non mulieres ſexus †imbecillitas domi tenet. adeò ad omnem ætatem tanti mali ſenſus penetrârat: In foro deinde coëunt: atq; ibi perpeti nocte fortunam publicam quæſtibus iterant. Alĳ fratres, aut filios aut parentes deflent, cognatos alĳ, alĳ amicos charíores cognatis, & cum priuatis caſibus quærelam publicam miſcent.

† Alĳ Euagoras autẽ dux.

Victoria Lyſandri.

Rhetorica deſcriptio trepidationis.

†imbecillis.

ἐπιφώνημα.

miſcent. Iam ſeipſos, iam ipſam patriam perituram, miſeriorem q3 incolumium, quàm amiſſorum fortunã iudicantes: ſibi quiſq3 ante oculos obſidionem famẽ, & ſuperbum victorem á3 hoſtem proponẽtes: Iam ruinam vrbis & incendia, iam omnium captiuitatem, et miſerrimam ſeruitutem recordantes: fœliciores prorſus priorís vrbis ruinas ducentes, quæ incolumib. filijs, parentibusq3 tectorũ tantùm ruina taxatæ ſunt. Nũc autem non claſſem, in quam ſicuti pridẽ confugiant, ſupereſſe, nõ exercitum cuius virtute ſeruati pulchriora poſſent mœnia extruere. Sic defletæ, ac propè perditæ vrbi hoſtes ſuperueniunt: & obſidione circundatos & obſeſſos fame vrgent. Sciebant enim, neq3 ex aduectis copijs multùm ſupereſſe: & ne nouæ aduehi poſſent, prouiderant. Quibus malis Atheniẽſes fracti, poſt longam famem & aßidua ſuorum funera pacẽ petiuére. Quæ an dari deberet, diu inter Spartanos, ſocioſq3 deliberatum eſt.

Obſidentur Athenæ à Lyſandro & Agide.

ἀντέλεγον κορίνθιοι, μὴ θηβαῖοι μάλιστα μὴ σπεύδεσθαι ἀθηναίοις ἐξαιρεῖν.

Cùm multi delendum Athenienſium nomen vrbemq3 incendio conſumendam cenſerent, negârunt ſe Spartam ex duobus Græciæ oculis alterũ eruturos, pacem polliciti, ſi dimiſſa Pyræũ verſus muri brachia deiecerint, naueſq3, quæ reliquæ forent, traderent: reſq3 publica ex ſemetipſis XXX. rectores acciperet. In has leges traditam ſibi vrbem, Lacydæmonij formandam Lyſandro tradiderunt. Inſignis hic annus et expugnatione Athenarũ, & morte Darÿ regis Perſarum, & exilio Dionyſij Siciliæ tyranni fuit. Mutato

XXX. viri à Lacedæmonijs impoſiti Atheniẽſibus.

statu Athenarum, etiã ciuium conditio mutatur. Re-
ctores XXX. Reip. constituuntur, qui fiunt tyranni.

Crudelitas triginta tyrannorum, qui Athenas cædibus & rapinis deuastant.

Quippe à principio tria millia sibi satellitum statuunt, quantum ex tot cladibus propè nec ciuium superfuerat, & quasi paruus hic ad continendam ciuitatem exercitus esset, septingentos milites à victoribus accipiunt. Cædes deinde ciuium ab Alcibiade auspicantur, ne iterum Remp. sub obtento liberationis inuaderet. Quem cùm profectum ad Artaxerxem Persarum regem comperissent: citato itinere miserunt, qui eum interciperent. A quibus occupatus, cùm occidi

Alcibiadis interitus.

apertè non posset: vinus in cubiculo, in quo dormiebat, crematus est.

Non crematum Plutarchus scribit, sed erupisse, & telorum copia obrutum.

Libertati hoc vltoris metu tyranni, miseras vrbis reliquias cædibus & rapinis exhauriunt.

Exemplum boni & iusti viri, Theramenes. Extant apud Xenophon. elegantiss. Critiæ & Theramenis contrariæ orationes.

Quod cùm displicere vni ex numero suo Theramenis didicissent: ipsum quoq; ad terrorem omnium interficiunt. Fit igitur ex vrbe passim omnium fuga: repleturq; Græcia Atheniensium exulibus, quod etiam ipsum auxilium vnicum à miseris eriperetur. Nã Lacedæmoniorum edicto, ciuitates, exules recipere prohibebantur. Omnes se Argos & Thebas contulêre. Ibi non solum tutum exilium egerunt, verùm etiam spẽ recuperandæ patriæ receperunt.

Thra-

Thrasybulus exemplum pietatis erga patriam. XXX. socij Thrasibuli. Prob.

Erat inter exules Thrasibulus, vir strenuus & domi nobilis: qui audēdum aliquid pro patria & pro salute cōmuni, etiam cum periculo ratus: adunatis exulibus castellum Phylen Atticorum finiū occupat. Nec deerat quarundam ciuitatum tam crudelis casus miserantium fauor. Itaq; & † Hismenias Thebanorum princeps, etsi publicis non poterat, priuatis tamen auxilijs adiuuabat. Et Lysias Syracusanus orator, exul tunc, quingentos milites stipendio suo instructos in auxilium patriæ communis eloquentiæ misit. Fit itaque asperum prælium: sed cùm hinc pro patria summis viribus, inde pro aliena dominatione † securiùs pugnaretur, tyranni vincūtur: victi in vrbem refugerunt, quā exhaustam cædibus suis, etiam armis spoliant. Deinde quum omnes Athenienses proditionis suspectos haberent, demigrare eos ex vrbe iubent, & in brachijs muri, quæ diruta fuerāt, habitare: extraneis militibus imperium tuentes. Post hæc Thrasybulum corrumpere, imperij societatem pollicentes, conantur: quod cū nō contigisset, auxilia à Lacedæmonijs petiuêre. Quibus accitis iteratò præliantur.

† Eos Menias.

Prælium aduersus tyrannos.

Lysias.

† incurius.

Victoria Thrasibuli & Athenien sium exulū de tyrannis.

ἀπέθανον δ' ἐνταῦθα τῶν μὲν τριάκοντα κριτίας τε καὶ ἱππόμαχος τῶν δ' ἐν πεῖραιεῖ δέκα ἀρχόντων χαρμίδας ὁ γλαύκωνος, τῶν δ' ἄλλων περὶ ἑβδομήκοντα.

In eo bello Critias & † Hippomachus omnium tyrannorum sæuissimi cadunt. Cæteris victis, cùm exercitu eorum, ex quibus maior pars Atheniensium erat,

† Hippolochus.

fugeret magna voce Thrasybulus exclamat: cur se victorem fugiant potiùs, quàm vt vindicem communis libertatis adiuuent?

Extat apud Xenophontem hæc oratio: ταῦτα δ' ἐκλεόκριτος ὁ τῶν μυσῶν κύριος μᾶλλ' ἐμοῦ φωνοῦ ὧν ἔλεξεν.

Tyranni ex vrbe pulsi.

Ciuium illam meminerint aciem, non hostium esse: nec se ideò arma cepisse, vt aliqua victis adimat, sed vt adepta restituat. XXX. se dominis, nō ciuitati bellum inferre. Admonet deinde cognationis, legum, sacrorum cōmunium, tum vetusti per tot bella cōmilitij, orat vt misereantur exulum ciuium, si tam patienter ipsi seruiant, reddant sibi patriam, accipiant libertatem. His vocibus tātum promotū est, vt reuersus in vrbem exercitus, XXX. tyrannos emigrare Eleusina iuberet, substitutis X. qui Remp. regerent: qui nihil exemplo prioris dominationis territi, eandē viam crudelitatis adgressi sunt. Dum hæc aguntur, nunciatur Lacedæmone, in bellum Athenienses exarsisse. Ad quod componendum Pausanias rex mittitur, qui misericordia exulis populi permotus, patriam miseris ciuibus restituit: & X. tyrannos ex vrbe Eleusina migrare ad cæteros iubet, Quibus rebus cùm pax statuta esset, interiectis diebus, repentè tyranni non minùs restitutos exules, quàm se in exilium actos indignantur: quasi verò aliorum libertas sua seruitus esset, & bellum Athenienſibus inferunt. Sed ad colloquium, veluti dominationem receptum, progressi, per insidias cō prehenſi, vt pacis victimæ trucidantur. Populus, quē emigrare iusserant, in vrbem reuocatur. Atq; ita per multa

X. prætores erant.

Pausanias restituit ciuitatē Athenienſibus.

Tyranni trucidantur.

multa membra ciuitas † dißipata, in vnum tandē corpus redigitur: & ne qua dissentio ex antè actis nasceretur, omnes iureiurando obstringuntur, discordiarū obliuionem fore. † diuisa.

Constitutum Atheni. ἀμνηστία καὶ μνησί κακέον καὶ ἡμῖν μὲν δὴ Αθήνησι στάσκ οὗτος ἐτελεύτησεν.

Intereà Thebani Corinthijq́ legatos ad Lacedæmonios mittunt, qui ex manubijs portionē prædæ communis belli, periculiq́ peterent. Quibus negatis, non quidem apertè bellum aduersus Lacedæmonios decernunt, sed tacitis animis tantam iram concipiunt, vt subesse bellum intelligi posset. Eodem fermè tempore Darius rex Persarū moritur, Artaxerxe & Cyro filijs relictis. Regnum Artaxerxi, Cyro ciuitates, quarum præfectus erat, testamento legauit.

(Lydiam & maritimas ciuitates. Plutarchus.)

Sed Cyro iudicium patris iniuria videbatur.

Impium bellum duorum fratrum, Cyri & Artaxerxis.

Itaque occultè aduersus fratrem bellum parabat. Quod cùm nūciatum Artaxerxi esset, accersitum ad se fratrem, & innocentiam dißimulatione belli simulantem, compedibus aureis vinxit: interfecissetq́, ni mater prohibuisset. Dimissus igitur Cyrus, iā non occultè bellū, sed palā, nec per dißimulationē, sed aperta profeßione parare cœpit, auxilia vndiq́ contrahit. Lacedæmonij memores Atheniensi bello enixè se eius opera adiutos, velut ignorantes, contra quem bellum pararetur, decernunt auxilia Cyro mittenda. vbi res eius exegisset, quærētes & apud Cyrum gratiam, & Darij mors.

apud Artaxerxē, si vicisset: veniæ patrocinia, cùm nihil aduersus eum apertò decreuissent. Sed cùm in bello sors prælij vtrunq; fratrem pugnæ obtulisset: prior Artaxerxes à fratre vulneratur, quem cùm equi fuga periculo subtraxisset, Cyrus à cohorte rogia oppressus, interficitur. Sic victor Axtaxerxes, & præda fraterni belli, & exercitu potitur. In eo prælio decem millia Græcorum in auxilio Cyri fuêre: quæ & in cornu, in quo steterant, vicerunt: & post mortē Cyri, neque armis à tanto exercitu vinci, nec dolo capi potuerunt: Reuertentesq; inter tot indomitas nationes, & barbaras gentes per tanta itineris spatia, virtute se vsq; ad terminos patriæ defenderunt.

Cyrus occiditur. Græcorum virtus.

IVSTINI HISTORICI LIBER SEXTVS.

Γνῶμη. Herodotus. Εὐπρηξίης οὐκ ἔστι ἀνδρῶπος σκ οὐδεμίη πληθώρη. Hercylides.

LAcedæmonij more ingenij humani, quo plura habent, eò ampliora cupientes, non contenti acceßione Atheniensium opum, vires sibi duplicatas, totius Asiæ imperium affectare cœperunt. Sed maior pars sub regno Persarum erat. Itaq; † Dercyllides dux in hanc militiam electus, cùm videret sibi aduersus duos præfectos Artaxerxis regis Pharnabazum, & Thissaphernem maximarum gentium viribus succinctos dimicandum, pacificari cum altero statuit. Aptior visus Thissaphernes, vir & industria potior, & militibus Cyri quondam regis instructior, in colloquium vocatur, & statutis conditionibus ab armis dimittitur.

Γνοὺς ὁ Περσῶν βασιλεὺς Τισσαφέρνην αἴτιον εἶναι

ναι τοὺς κακῶς φέρειν τὰ αὐτοῦ, τιθραύσης κατὰ πέμψας, ἀποτέμνει αὐτοῦ τὴν κεφαλήν.

Hanc rem Pharnabazus apud communem regem †criminatur, vt Lacedæmonios Asiam ingressos non repulerit armis, sed impensis regijs aluerit: mercetur-que ab his, vt differant bella, quæ gerant, tanquã non ad vnius summam imperij detrimẽtum omne perueniat. Indignum, ait, bellum non perfici, sed redimi: hostem precio, non armis submoueri. His vocibus regem Thissapherni alienatum hortatur, vt in locum eius naualis belli ducem eligat Cononem Atheniẽsem: qui amissa bello patria Cypro exulabat. Quippe Atheniensibus, etsi fractæ sint opes, manere tamen naualem vsum: nec, si eligẽdus sit, ex vniuersis meliorem alium esse. Acceptis igitur quingẽtis talẽtis, iussus est Cononā classi præficere. His cognitis Lacedæmonij & ipsi à rege Ægypti Hercimonem in auxilium naualis belli per legatos petunt: à quo cẽtum triremes, & sex centum millia modiorum frumenti missa: à cæteris quoq; socijs ingentia auxilia cõtracta sunt. Sed tanto exercitui, & contra tantum ducem deerat dignus imperator. Itaq; postulantibus socijs Agesilaum ducem, regem tunc Lacedæmoniorũ, propter respõsum oraculi Delphici, diu Lacedæmonij, an eũ summæ rei præponerẽt, deliberauerũt: quibus futurus imperij finis denunciabatur, cum regiũ claudicasset imperiũ: erat enim pede claudus. Ad postremũ statuerũt, melius esse incessu regem, quàm imperio regnum claudicare. Postea quàm Agesilaum cum ingentibus copijs in Asiam misere, non facilè dixerim, quod aliud par ducũ tam

† Missio de hac re legato Cononе auct. Aemilius.

Conon dux Persarum contra Lacedęmonios

Agesilaus.

Oraculum de Agesilao, de quo Xenophõ lib. 3.

Agesilai & Cononis laus.

benè comparatum fuerit. Quippe ætas, virtus, consilium, sapientia vtriq; propè vna, gloria quoq; rerum gestarū eadē, Quibus cùm patria omnia fortuna dederit, inuictum tamē ab altero vtrunq; seruauit. Magnus igitur amborum apparatus belli, magnæ res gestæ fuerunt. Sed Cononem seditio militum inuadit, quos præfecti Regis fraudare stipendio soliti erant, eò constantiùs debita poscētibus, quò grauiorem sub magno duce militiam præsumebāt: Itaq; Conon diu Rege per epistolas frustra fatigato, ad postremum ipse ad eum pergit, cuius conspectu & colloquio prohibitus est, quod eum more Persarum adorare nollet. Agit tamen cum eo per internuncios, & quæritur opulentissimi Regis bella inopia dilabi: & qui exercitum parē hostibus habeat, pecunia vinci, qua præstet: inferioremq; eum ea parte virium inueniri, qua longè superior sit. Postulat sibi dari ministeriū impēsè: quia pluribus id mandari pernitiosū sit, dato stipēdio ad classem remittitur: nec morā agendis rebus facit. Multa fortiter, multa fœliciter agit. Agros hostiles vastat, vrbes expugnat: & quasi tēpestas quædā cuncta pṙsternit. Quibus rebus territi Lacedæmonij, ad patriæ subsidium reuocandum ab Asia Agesilaum decernūt. Interim Lysander ab Agesilao proficiscente, dux patriæ relictus ingentē classem summis viribus instruit, fortunam belli tentaturus, Necnō & ipse Conon, tunc primùm cum hostium exercitu cōcursurus, magna cura suos ordinat. Summa igitur nō tam ducū in eo prælio, quàm militum æmulatio fuit. Nam ipse dux Conon, non tam Persis, quàm patriæ studebat: & sicut adflictis

De apparatu bellico Agesilai Xenophon.

Persici Reges adorantur, quod προσκύνειν vocant Plut.

Ducum cōmendatio.

ctis Athenienſium rebus auctor amiſſæ dominationis fuerat: ſic volebat idem haberi, redditæ, patriamq; vincẽdo recipere, quam victus amiſerat: eò ſpecioſius, quod ne ipſorum quidem Athenienſium, ſed alieni præliȝ viribus dimicet: & pugnaturus periculo regis, victurus præmio patriæ, gloriamq; diuerſis artibus, quã priores ciuitatis ſuæ duces conſecuturus. Quippe illos vincendo Perſas patriam defendiſſe, ſe Perſas victores faciendo reſtituturum patriam eſſe. Porrò Lyſander præter coniunctionem Ageſilai, etiam virtutum æmulator erat: contendebatq;, ne à rebus geſtis eius, & gloriæ ſplendore decederet: néue tot bellis ac ſæculis quæſitum imperium breuiſſimi momenti culpa ſubuerteret. Eadem militum & omnium regum cura erat, quos maior ſolicitudo cruciabat, non tam, ne ipſi quæſitas opes amitterent, quàm vt priſtinas Athenienſes reciperent.

Conon exemplum amoris & pietatis erga patriam.

Lyſander.

Vincuntur Lacedæmonij, & reſtituitur priſtina dignitas Athenienſibus.

Sed quantò maius prælium fuit, tantò & clarior victoria Cononis. Victi Lacedæmonij fugã capeſſunt, præſidia hoſtium Athenas deducũtur. Populo reſtituta dignitate conditio ſeruilis eripitur. Multæ quoq; ciuitates recipiuntur. Hoc initium Athenienſibus reſumendæ potentiæ, & Lacedæmonijs habendæ finis fuit. Namq; veluti cum imperio etiam virtutem perdidiſſent, contemni à finitimis cœpêre.

Conſpiratio Græcorum aduerſus Lacedæmonios.

Primi igitur Thebani auxiliantibus Athenienſi-

bus bellũ his intulêre, quæ ciuitas ex finitimis incremẽtis, virtute Epaminondæ ducis ad ſpem imperij Græciæ erecta eſt. Fit itaq; terreſtre prælium, eadem Lacedæmoniorum fortuna, qua pugnatum aduerſus Conona nauali prælio fuerat.

Epaminondas.

Lyſandri interitus. Eſt autem dimicatum ad Heliartum in Bœotia. Παυσανίας ἔφυγεν ἐς τεγέαν, καὶ ἐπελεύτησε μὲν τοῖς ἐκεῖ νόσῳ.

In bello Lyſander, quo duce Atheniẽſes victi à Lacedæmonijs fuerant, interficitur. Pauſanias quoq; alter dux Lacedæmoniorũ, proditionis accuſatus, in exilium abijt. Igitur Thebani potiti victoria, vniuerſum exercitum ad vrbem Lacedæmoniorum ducunt, facilem expugnationem rati, quoniã deſerti à ſocijs omnibus erant. Quod metuentes Lacedæmonij, Regẽ ſuum Ageſilaũ ex Aſia, qui ibi magnas res gerebat, ad defenſionem patriæ accerſunt. Occiſo enim Lyſandro, nullius alterius fiduciã ducis habebãt. Cuius quoniam ſerus aduentus erat, conſcripto exercitu, obuiam hoſti procedũt. Sed victis, aduerſus paulò antè victores nec animi, neq; vires pares fuêre Prima igitur cõgreſſione funduntur. Deletis iam ſuorum copijs, ſuperuenit Rex Ageſilaus, qui reſtituto prælio, non difficulter recenti & multis expeditionibus indurato milite, hoſtibus victoriam eripuit, ipſe tamen grauiter ſauciatur.

Reuocatur Ageſilaus.

Pugnatum eſt ad Coronæam.

Ageſilaus ſauciatur. Iphicrates egregij imperatoris exemplum, huius milites, ob militaris rei peritiam dicebantur Iphicratenſes, quemadmodum Romani Fabiani.

Quibus

Quibus rebus cognitis, Athenienſes verentes, ne iterum Lacedæmoniÿs victoribus in priſtinam ſortem ſeruitutis redigerentur, exercitum contrahunt: eumque in auxilium Bœotiorum per Iphicratem, viginti quidem annos natum, ſed magnæ indolis iuuenẽ duci iubent. Huius adoleſcentis ſupra ætatem virtus admirabilis fuit: nec vnquàm ante eum Athenienſes inter tot, tantoſq; duces, aut ſpei maioris, aut indolis maturioris imperatorem habuerunt: in quo non imperatoriæ tãtùm, verùm etiam oratoriæ artes fuêre.

Conon quoq; audito reditu Ageſilai, & ipſe ex Aſia ad populandos Lacedæmoniorum agros reuertitur. Atq; ita vndiq; belli formidine circumſtrepẽte, claſi Spartani ad ſummam deſperationem rediguntur.

Cononis reditus in patriam.

Sed Conon vaſtatis hoſtium terris, Athenas pergit: Vbi magno ciuium gaudio exceptus, plus tamen triſtitiæ ipſe, & ex incẽſa & diruta à Lacedæmoniÿs patria, quàm lætitiæ ex recuperata poſt tantum temporis cœpit. Itaq; quæ incenſa fuerant, prædarum ſumptu & exercitu Perſarum reſtituit: quæ diruta fuerant, reficit. Fatum illud Athenarum fuit, vt antè à Perſis crematæ manubÿs eorum, & nunc à Lacedæmoniÿs dirutæ, ex ſpolÿs Lacedæmoniorum reſtituerentur: verſa quoq; vice nunc haberent ſocios, quos tunc hoſtes habuerunt: & hoſtes nunc paterentur, cum quibus iuncti tunc arctiſſimis ſocietatis vinculis fuerant.

Reficit patriã Conon.

Legatus in Græciam pro conſtituenda pace miſſus fuit Tiribazus. Artaxerxis verò epiſtolam vide in Xenophon. li. 5.

Dum

Alij: Artaxerxes Persarum legatos.

Dum hæc aguntur, † Artaxerxes Rex Persarum legatos in Græciam mittit, per quos iubet omnes ab armis discedere: qui aliter fecisset, eum se pro hoste habiturum. Ciuitatibus libertatem, suaq; omnia restituit: quod non Græciæ laboribus assiduisq; bellorum inter ciues odijs consulens fecit: sed ne occupato sibi Aegyptio bello, quod propter auxilia aduersus præfectos suos Lacedæmonijs missa susceperat, exercitus sui in Græcia detinerentur. Fessi igitur tot bellis Græci, cupidè parauere.

Pax toti Græciæ constituta, quo tempore Roma sit à Gallis capta.

Hic annus non eò tantùm insignis fuit, quòd repentè pax in tota Græcia facta est, sed etiam eò, quòd eodem tempore vrbs Romana à Gallis capta est. Sed Lacedæmonij securi insidiantes, absentiam Arcadum speculati, castellum eorum expugnant: occupatoq; præsidium imponunt. Itaq; armato, instructoq; exercitu, Arcades adhibitis in auxilium Thebanis, amissa bello repetunt.

Castello nomen erat κρῶμενος.

Αρχίδαμος ἐτέτρωτο τὸ μηδιρὸν ἀμπῶξ.

Fuit autem hic Agesilai filius, Xenoph. li. 7. Ante hãc pugnam dimicatum est in Leuctris, vbi victi sunt à Thebanis Lacedęmonij, temeritate ducis Cleombroti.

In eo prælio Archidamus dux Lacedæmoniorũ vulneratur: qui cùm cædi suos iam vt victos videret, per præconem corpora interfectorum ad sepulturã poscit. Hoc est enim signum apud Græcos victoriæ traditæ: qua confessione contenti Thebani, signum parcẽdi dedere:

dêre: pòst paucis diebus neutris quicquā hostile facientibus, cùm quasi consensu tacito induciæ essent, Lacedæmonijs alia bella aduersus finitimos gerentibus, Thebani Epaminonda duce occupandæ vrbis eorum spem cœperunt. Igitur principio noctis taciti Lacedæmona proficiscuntur: nō tamen adgredi incautos potuerunt. Quippe senes, & cætera imbellis ætas, cùm aduentum hostiū præsensissent, in ipsis portarum angustijs armati occurrunt: & aduersus quindecim millia militū non ampliùs centum iam effœtæ ætatis viri, pugnæ se offerūt Tantùm animorum, viriumq́ patriæ & penatum cōspectus subministrat tantaq́ præsentia, quam recordatione sui maiores spiritus largiūtur. Nam vt viderunt intra quæ, et pro quibus starēt, aut vincendum sibi aut moriendum censuerunt. Pauci igitur sustinuêre senes aciem, cui par ante diē vniuersa iuuentus esse non potuit. In eo prælio duo duces hostiū cecidêre. Cùm interim Agesilai aduentus nunciatur, Thebani recessêre, nec bellum diu dilatum: Siquidem Spartanorum iuuentus, senū virtute & gloria incensa, tenere non potuit, quin ex continenti acie decerneret, cùm victoria Thebanorum esset, & Epaminondas, dum non ducis tantùm, verùm etiam fortissimi militis officio fungitur, grauiter vulneratur.

Spartanorū senū virtus.

ἐπιφώνημα.

Pugna ad Mantinæam: ὁ θεὸς οὕτως ἐποίησεν, ὥστε ἀμφότεροι μὲν ὡς νενικηκότες τρόπαιον ἐστίσαντο.

Quo audito, his ex dolore metus, & illis ex gaudio stupor inijcitur: atq́ ita veluti ex placito consensu à prælio discedutur. Post paucos deinde dies Epaminondas

Epaminondæ mors apud Matinæam.

Cice. lib. 5. epistolarũ.

nondas decedit: cum quo vires quoq; Reip. ceciderũt. Nam sicuti telo, si primam aciem perfregeris, reliquo ferro vim nocendi sustuleris: sic illo, velut mucrone teli, ablato duce Thebanorum, Reip. vires hebetatæ sunt, vt non tam illum amisisse, quàm cum illo interijsse omnes viderentur.

Exemplum egregij Imperatoris Epaminõdas, vnus homo pluris fuit quàm vniuersa ciuitas. Prob.

Nam neq; ante hunc ducem vllum memorabile bellum geßêre, nec postea virtutibus, sed cladibus insignes fuêre: vt manifestum sit, patriæ gloriã & natam, et extinctam cum eo fuisse. Fuit autẽ incertum, vir melior, an dux esset: nam & imperium non sibi semper, sed patriæ quæsiuit, & pecuniæ adeò parcus fuit, vt sumptus funeri defuerint. Gloriæ quoq; non cupidior, quàm pecuniæ. Quippe recusanti omnia, imperia ingesta sunt. Honoresq; ita geßit, vt ornamentum non accipere sed, dare ipsi dignitati videretur. Iam literarum studiũ, iam Philosophiæ doctrina tanta, vt mirabile videretur, vnde tam insignis militiæ scientia homini inter literas nato. Neq; ab hoc vitæ proposito mortis ratio dissensit.

Epaminondæ commendatio.

Simile est, quod Liuius de Philopœmone refert: Ferunt hunc dicere solitum. ἐν πολέμῳ θανατὸν εἶναι κάλλιστον.

Nam vt relatus in castra semianimis, vocẽ spiritumq; collegit, id vnum à circumstantibus requisiuit: num cadenti sibi scutum ademisset hostis, quod vt seruatum audiuit, allatum velut laborum gloriæque

socium

socium oſculatus eſt. Iterum quæſiuit, vtri viciſſent: Vt audiuit Thebanos: benè habere ſe rem dixit, atq; ita, velut gratulabundus patriæ, expirauit.

Athenienſium virtus morte Epaminondæ eneruata.

Huius morte etiam Athenienſium virtus intercidit. Siquidem amiſſo, quem æmulari conſueuerant, in ſegnitiē torporem q; reſoluti, nō vt olim in claſſem, exercitus q;, ſed in dies feſtos, apparatus q; ludorū, reditus publicos effundunt: & cum auctoribus nobiliſſimis, poētis q; theatra celebrant, frequentiùs ſcænam, quā caſtra viſentes. Verſificatores oratores q; meliores, quàm duces laudātes. Tunc vectigal publicū, quo antè milites, & remiges alebantur, cum vrbano populo diuidi cœptum eſt. Quibus rebus effectum eſt, vt inter otia Græcorū, ſordidum & obſcurū anteà Macedonum nomen emergeret: Et Philippus obſes triennio Thebis habitus, Epaminōdæ & Pelopidarum virtutibus eruditus, regnum Macedoniæ, Græciæ, et Aſiæ ceruicibus, veluti ingum ſeruitutis, imponeret.

Ludi Athenis inſtituti.

Philippus obſes Thebis ab Alexandro fratre datus.

Oioſi.

IVSTINI HISTORICI LIBER SEPTIMVS.

Macedonia antè Emathia. An. CCCC. ab vrbe condita.

Macedonia anteà nomine Emathionis Regis, cuius prima virtutis experimēta in illis locis extāt, Emathia cognominata eſt. Huius ſicuti incrementa modica: ita terminiperangusti fuêre. Populus Pelaſgi, & regio

Tirocinia intelligit De Regibus Macedonū. Hero. li. 8.

Bœotia

Bœotia dicebatur. Sed posteà virtute regum, & gentis industria, subactis primò finitimis: mox populis, nationibusq; imperium vsq; ad extremos Orientis terminos prolatum est. In regione Pæoniæ, quæ nunc portio est Macedoniæ, regnasse fertur Telegonus pater Astriopæi, cuius Troiano bello inter clarissimos vindices vrbis nomen accepimus. Ex alio latere in Europa Europus nomine regnum tenuit. Sed & † Caranaus cum magna multitudine Græcorũ sedes in Macedonia responso oraculi iussus quærere, cum in Emathiam venisset, vrbem Edyssam non sentientibus opidanis, propter imbrium & nebulæ magnitudinem, gregem caprarum imbrem fugiẽtium secutus occupauit, reuocatusq; in memoriam oraculi, quo iussus erat, ducibus capris imperiũ quærere, regni sedem statuit: religioseq; posteà obseruauit, quocunq; agmen moueret, ante signa easdem capras habere, cœptorum duces habiturus, quos regni habuerat auctores. Vrbem Edyssam, ob memoriam muneris Aegæam, populum Aegæades vocauit. Pulso deinde Mida (nam is quoq; portionem Macedoniæ tenuit) alijsq; regibus pulsis, in locum omnium solus successit: primusq; adunatis gentibus variorum populorum veluti vnum corpus Macedoniæ fecit: crescentiq; regno valida incremẽtorum fundamenta constituit. Post hunc PERDICAS regnauit: cuius vita illustris, et mortis postrema, veluti ex oraculo, præcepta memorabilia fuêre. Siquidẽ senex moriens † Argæo filio mõstrauit locum, quo condi vellet: ibiq; non sua tantùm, sed etiam succedentium sibi in regnum ossa poni iussit: præfatus, quoad ibi condita poste-

Telegonus. Astriopæus.

Europus. Caranaus. †Cranaus habet Eusebius.

Edyssa vrbs.

Obserua riculũ stratagema.

Carani Edissa Aegæa, ἀπὸ τῶν αἰγῶν dicta.

Perdicas.

†Archæo. Perdicę oraculum.

posterorum reliquiæ fovent, regnum in familia mansurum, creduntq; hac superstitione extinctam in ALEXANDRO stirpem, quia locum sepulturæ mutauerit. Argæus moderatè & cum amore populi administrato regno, successorem filium Philippum reliquit: qui immatura morte raptus † Europum paruulum admodum instituit hæredem. Argæus. Philippus. †Europen. legit Euse.

Vnde Macedonibus bellica virtus. Macedones præsentia Regis infantis in cunis anteaciem constituti, ad acrius prælium accenduntur.

Sed Macedonibus assidua certamina cum Thracibus & Illyrijs fuêre, quorum armis veluti quotidiano exercitio indurati, gloria bellicæ laudis finitimos terebãt. Igitur Illyrij infantiam regis pupilli contemnentes, bello Macedonas aggrediũtur: qui prælio pulsi Rege suo in cunis prolato, & pugnæ ante aciem posito, acrius certamen repetiuerunt. Tanquàm ideò victi fuissent anteà, quòd bellantibus sibi Regis sua auspicia defuissent, futuri vel propterea victores, quòd ex superstitione animum vincendi ceperãt: simul & miseratio eos infantis tenebat, quem si victi forẽt, captiuum de Rege facturi videbantur. Conserto itaq; prælio, magna cæde Illyrios fudêre, ostenderuntq; hostibus suis priore bello Regem Macedonibus, non virtutem defuisse. Huic Amyntas succedit, & propria virtute, & Alexandri filij egregia indole insigniter clarus: cui Alexandro tanta omnium virtutum naturæ ornamẽta extitêre, vt etiam Olympio certamine vario ludicrorum genere contenderit. Interiecto, vt Euse. habet, Alceta. Amyntas. Alexandri laus.

Inter Pancratiastes. Plu. De Darij fuga ex Scythia Hero. lib. 4. Μεγάβαζος πέμπει ἀγγέλους ἐς Μακεδονίην ἄνδρας ἐπὶ πέρσας, αἰτέοντας γῆν τε καὶ ὕδωρ Δαρείῳ βασιλεῖ.

Cùm interim Darius Rex Persarum turpi à Scythia fuga submotus, ne vbiq; deformis, militiæ damnis haberetur, mittit cum parte copiarum Megabazum ad subigendam Thraciam, cæteraq; eius tractus regna, quibus pro ignobili momento erat accessura Macedonia, qui breui tempore executo Regis imperio, legatis ad Amyntam Regem Macedoniæ missis, obsides in pignus futuræ pacis sibi dari postulabat. Sed legati benignè excepti, inter epulas ebrietate crescente, rogant Amyntam, vt apparatui epularum adijciat ius familiaritatis, adhibitis in conuiuium suum filijs, & vxoribus, & filiabus, id apud Persas haberi pignus ac fœdus hospitij.

Alexandri factum in legatos Persas, de quo copiosè Herodotus in τῇ Κλειοῖ.

Qui vt venerunt, petulantiùs Persis eas cõtrectantibus, filius Amyntæ Alexãder rogat patrem, reſpectu ætatis ac grauitatis suæ abiret cõuiuio, pollicitus se hoſlium† tentaturum iocos. Quo digresso, mulieres quoque paulùm e conuiuio euocat: cultiùs exornaturus, gratioresq; reducturus. In quarum locum matronali exornatos habitu, iuuenes supponit, eosq; petulantiá legatorum ferro, quod sub veste gerebãt, compescere iubet. Atq; ita interfectis omnibus, ignarus rei Megabazus, cũ legati non redirẽt, mittit eò cùm exercitus parte Bubarem, vt in bellum facile & mediocre, dedignatus ipse ire, ne dehonestaretur prælio tam fœda

†malo pensaturum vel temperaturum.

gentis. Sed Bubares ante bellũ amore filiæ Amyntæ captus, omisso bello nuptias facit: depositisq; hostilibus animis, in adfinitatis iura succedit. Post discessum à Macedonia Bubaris, Amyntas Rex decedit, cuius filio, & successori Alexãdro cognatio Bubaris nõ Darij tantùm temporibus pacẽ præstitit, verùm etiã Xerxẽ conciliauit: adeò, vt cùm Græciam veluti tempestas quædam occupasset, inter Plympum Gæmumq; montes totius regionis cũ imperio donauerit. Sed nec virtute minùs, quàm Persarum liberalitate regnũ ampliauit. Per ordinem deinde successionis regnum Macedoniæ ad Amyntam fratrẽ eius† Melai filiũ peruenit. Hic quoq; insignis industria, & omnibus imperatorijs virtutibus instructus fuit: qui ex Euridice tres filios sustulit. Alexandrum, Perdicam, et Philippum, Alexandri Magni Macedonis patrem, & filiã Euryonem. Ex Cygæa autẽ Archelaum† Arideum, Menelaum, qui cum Illyrijs, deinde & cũ Olynthijs grauia bella gessit. Insidijs autem Eurydices vxoris quæ nuptias generi pacta occidendum virum, regnumq; adultero tradendum susceperat, occupatus fuisset, ni filia pellicatum matris, et sceleris consilia prodidisset. Functus itaq; tot periculis, senex decessit, regno maximo ex filijs Alexandro tradito.

Bubares. Fliæ nomẽ erat Cygæa.

Xerxis liberalitas in Alexandrũ. Amyntæ Alẽxandri Magni aui proles.

† Archelai Euseb. Philippi Alexandri Magni patris genus.

† Sic Eus. & Oros. legũt alij Archydæum. Eurydices scelus.

Philippus obses bis datus Thebanis. Θηβαῖοι δ' παραλαβόντες τὴν παῖδα τῷ ἐπαμεινώνδου παρέθεντο πατρὶ καὶ σαυτερέφετο, καὶ οὗτος ἐπαμεινώνδα, τῆς αὐτῆς ἐκείνῳ παιδείας τε καὶ ἀγωγῆς κοινωνῶν.

Igitur Alexander inter prima initia regni, bellum

ab Illyrijs pacta mercede, & Philippo fratre dato obside redemit. Interiecto quoq; tempore, per eundem obsidem cum Thebanis gratiam pacis reconciliat, quæ res Philippo ad maxima incrementa egregiæ indolis †fuit. Siquidem triennio Thebis obses habitus: prima pueritiæ rudimenta in vrbe seueritatis antiquæ, & in domo Epaminondæ summi & philosophi, & Imperatoris deposuit. Nec multò pòst Alexander insidijs Eurydices matris appetitus occumbit: cui Amyntas in scelere deprehensæ propter communes liberos, ignarus eisdem quandoque exitiosam fore, pepercerat. Frater quoque eius Perdica pari insidiarum fraude decipitur. Indignum prorsus, libidinis causa liberos à matre vita priuatos, quàm scelerum suorum supplicijs, liberorum contemplatio vindicauerat. Perdicæ hæc indignior cædes videbatur, quòd ei apud matrem misericordiam, nec paruulus quidem filius cõciliauerat. Itaq; Philippus diù non se Regem, sed tutorem pupilli egit. At vbi grauiora bella imminebant, serumq; auxilium in expectatione infantis erat, compulsus à populo, regnum suscepit.

Alexander Philippi frater regnat.

† dedit.

Exemplum crudelitatis & impietatis maternæ erga liberos.

Philippo defertur imperium. Ολυμπιὰς δ' ἣν πέμπτη καὶ ἑκατοστή, ὅπ Φίλιππος μακεδόνων ἐβασίλευεμ.

Philippi gesta.

Vt est ingressus imperium, magna de illo spes omnibus fuit: & propter ipsius ingenium, quod magnum spondebat virum, & propter vetera Macedoniæ fata quæ cecinerant, vno ex Amyntæ filijs regnãte florentissimum fore Macedoniæ statum, cui spei scelus matris hunc residuum fecerat. Principio regni, cum hinc

cædes

cædes fratrum indignè peremptorum, inde hostium multitudo, hinc insidiarum metus, indè inopia continui belli, & exhausti regni immaturam ætatem tyronis vrgeret: bellaq; veluti cōspiratione quadam ad opprimendam Macedoniam multarum gentium ex diuersis locis vno tempore confluebant: quoniam omnibus par esse non poterat, dispensanda ratus, alia interposita pactione componit: alia redemit facillimis quibusq; adgreßis, quorum victoria, & militum trepidos animos firmaret, & contemptum sibi hostium demeret. Primum illi cum Atheniensibus certamen fuit: quibus per insidias victis metu belli grauioris, cū interficere omnes posset incolumes sine pretio dimisit. Post hæc bello in Illyrios translato, multa millia hostium cædit.

Primum bellum Philippi cū Atheniensibus.

Demosth. in 1. oratione Olynth. τὸ πρῶτον ἀμφίπολιν λαβὼν μετὰ ταῦτα πύδναν, πάλιν ποτίδαιαν μεθῶνην αὖθις εἶτα θετταλίας ἐπέβη μετὰ ταῦτα φηρὰς, παγασὰς, μαγνησίαν &c.

Vrbem nobilißimam Laryssam capit. Hinc Thessaliam, non prædæ cupiditate, sed quod exercitui suo robur Thessalorum equitum adiungere gestiebat, nihil minus, quàm bellum metuentem, improuisus expugnat: vnumq; corpus equitum, pedestriumq; copiarū inuicti exercitus fecit. Quibus rebus feliciter prouenientibus, Olympiada† Neoptolomi regis Molossorum filiam vxorem ducit, conciliante nuptias fratre Patruele, † tutore virginis † Arymba rege Molossorum, qui sororem Olympiadis Throadam in matrimonium habebat, quæ causa illi exitij, malorumq; omnium

Olympias vxor Philippi.

†Euruchæ habet Orosius.

†altore.

† Arisba.

nium fuit. Nam dum regni incrementa adfinitate Philippi acquisiturum se sperat, proprio regno ab eodem priuatus in exilio consenuit. His ita gestis, Philippus iam non contentus submouere bella, vltrò etiam quietos lacessit. Cùm Methonam vrbem oppugnaret, in prætereuntem de mure sagitta iacta, dextrum oculum Regis effodit.

Methona à Philippo expugnata.

Exemplum moderationis in Philippo.

Quo vulnere nec segnior in bellum, nec iracundior aduersus hostes factus est, adeò, vt interiectis diebus pacem deprecantibus dederit: nec moderatus tantùm, verùm etiam mitis aduersus victos fuerit.

IVSTINI HISTORICI LIBER VIII.

Sal. Concordia paruæ res crescunt discordia maximæ dilabuntur.

GRAECIAE ciuitates dū imperare singulæ cupiunt, imperium omnes perdiderunt. Quippè in mutuum exitiū sine modo ruētes, ab omnibus victæ periêre quid singulæ amitterent, non nisi oppressæ senserunt. Siquidem Philippus Rex Macedoniæ veluti è specula quadam libertati omnium insidiatus, dum cōtentiones ciuitatum alit, auxilium inferioribus ferēdo, victos pariter, victoresq; subire regiam seruitutem coēgit.

Thucyd. lib. 3.

εἰωθε τῶν πόλεων ἃς ἂν μάλιστα, ἢ δι' ἐλαχίστου ἀπροσδόκητος ἐυπραξία ἔλθη ἐς ὕβριν τρέπειν. τὰ γὰρ πολλὰ κατὰ λόγον τοῖς ἀνθρώποις ἐυτυχοῦντα, ἀσφαλέστερα παρὰ δόξαν, καὶ μὴ κακοπραγίαν ὤφελι-

ὥς εἰπον ῥᾷον, ἀπωτοῦνται ἢ εὐδαιμονίαν διασώζονται.

Causa & origo huius mali Thebani fuêre: qui cùm rerum potirentur, secundam fortunam imbecillo animo ferentes, victos armis Lacedæmonios, & Phocenses, quasi parua supplicia cædibus & rapinis luissent, apud commune Græciæ concilium superbè accusauerunt. Lacedæmonijs crimini datum quod arcem Thebanam induciarum tempore occupassent: Phocensibus, quòd Bœotiam depopulati essent, prorsus quasi post arma & bellum, locum legibus reliquissent. Cùm iudicium arbitrio victorum exerceretur, tanta pecunia damnantur, quanta exolui nõ posset. Igitur Phocenses, cùm agris, liberis, coniugibusq; priuarentur, de speratis rebus† Philomelo quodã duce, velut Deo irascentes, templum ipsum Apollinis Delphis occupauére. Indè auro & pecunia diuites, conducto mercenario milite, bellum Thebanis intulerunt: factumq; Phocensium, tametsi omnes execrarẽtur propter sacrilegium, plus tamen inuidiæ Thebanis, à quibus ad hanc necessitatem compulsi fuerant, quàm ipsis intulit. Itaq; auxilia his & ab Atheniensibus & à Lacedæmonijs missa.

† Philomene. ΙΕΡΟΣ ΠΟΛΕΜΟΣ. de quo vide Diodo. in Philippo.

Φιλόμηλος ἵνα μὴ σογρεία ἄλῳ, κατεκρήμνισεν ἑαυτόν.

Prima igitur congressione† Philomelus Thebanos castris exuit. Sequenti prælio primus inter confertissimos hostes dimicans cecidit, & sacrilegij pœnas impio sanguine luit. In huius locum dux† Onomarchus creatur, aduersus quem Thebani, Thessaliq; non ex

† Philomenes.
† Alij Oenomanus. quidã Oenomaus.

ciuibus suis, nè victoris potentiam ferre non possent.

Stultum & imprudens Thebanorum consilium, in eligendo externo duce.

Obserua Philippi consilium, de laureis coronis.

Impietas punita, Philippi laus.

Sed Philippum Macedoniæ Regem, Ducem elegunt: & externæ dominationi, quã in suis timuerunt, sponte succedunt. Igitur Philippus quasi sacrilegij, nõ Thebanorum vltor esset, omnes milites coronas laureas sumere iubet: atq; ita veluti Deo duce in prælium pergit. Phocenses insignibus Dei conspectis, conscientia delictorum territi, abiectis armis fugam capessunt: pœnasq; violatæ religionis sanguine et cædib. suis pendunt. Incredibile, quantã ea res apud oẽs nationes Philippo gloriã dedit. Illum vindicẽ sacrilegij, illũ vltorem religionũ, quod orbis viribus expiari debuit, solum, qui piacula exigeret, extitisse dignũ. Itaque dijs proximus habetur, per quẽ deorum maiestas vindicata sit. Sed Athenienses audito belli euẽtu, nè in Græciã Philippus transiret, angustias Thermopylarũ pari ratione, sicuti anteà aduenientibus Persis occupauêre: sed nequaquam simili, aut virtute, aut causa. Siquidem tunc pro libertate Græciæ, nunc pro sacrilegio publico: tunc à rapina hostium templa vindicaturi, nunc aduersus vindices templorũ, raptores defensuri: aguntq; se propugnatores scelerũ, cuius turpe erat, alios vindices fuisse immemores, prorsus, quod in dubijs rebus suis illo Deo etiam consiliorum auctore vsi fuerant: quòd illo duce tot bella victores inierant, tot vrbes auspicatò condiderant, tantùm imperium terra marique quæsierant, quòd nihil sine maiestate numinis eius, aut priuatæ vnquam aut publicæ rei gesserant.

Athenienses Thermopylas occupant.

Arguit Athenienses impietatis.

rant. Tantum facinus admisisse ingenia omni doctrina exculta, pulcherrimis legibus institutúq; formata, vt †quid, vnde posthac succensere iure barbaris possent, non haberent. Sed nec Philippus melioris fidei aduersus socios fuit. Quippe veluti timens, ne ab hostibus sacrilegij scelere, vinceretur, ciuitates, quarum paulò ante dux fuerat, quæ sub auspicijs eius militauerant, quæ gratulatæ illi, sibiq; victoriam nactæ fuerant, hostiliter occupatas diripuit. Alij quod post hac perfidiæ & impietatis exemplum in Philippo.

Philippi scelera, quem egregiè suis coloribus depingit Demosthenes Olynthiaca. 2.

Hæc egit anno XXV: tanquam iratus dijs. Orosius.

Coniuges liberosq; omnium sub corona vendidit: Non deorum immortalium templis, nō ædibus sacris, non dijs penatibus, publicis priuatisq;, ad quos paulò ante ingressus hospitaliter fuerat, pepercit. Prorsus, vt non tam sacrilegij vltor extitisse, quàm sacrilegiorum licentiā quæsisse videretur, indè veluti rebus egregiè gestis, in Cappadociam trajicit: vbi bello pari perfidia gesto, captisq; per dolum, et occisis finitimis regibus, vniuersam prouinciā imperio Macedoniæ adiungit. Deindè ad abolendam inuidiæ famam, qua insignis præter cæteros tunc temporis habebatur, per regna mittit: & opulentissimas ciuitates, & phana, ac templa, qui opinionem sererent, Regem Philippum magna pecunia locare & muros per ciuitates & phana ac templa facienda, & vt per præcones, suscepturos sollicitaretur: qui cùm in Macedoniam venissent, Veteratoris exemplum.

varijs dilationibus frustrati, vim regiæ maiestatis timentes, taciti proficiscebãtur. Post hæc Olynthios aggreditur.

Olynthum Philippus per proditionem corruptis vrbis principibus, Lasthene & Euthycrate, capit.

Ferunt dicere solitum: Nullam vrbem tam esse munitam, quin si in eam asinus auro onustus ingredi posset, expugnari queat.

Receperant enim per misericordiam post cædem vnius, duos fratres eius, quos Philippus ex nouercage nitos veluti participes regni interficere gestiebat. Ob hanc igitur causam vrbem antiquam et nobilem excindit, & fratres olim destinato supplicio tradit, prædaq; ingenti, pariter & parricidij voto fruitur. Indè quasi omnia, quæ agitasset animo, ei licerent, auraria in Thessalia, argenti metalla in Thracia occupat. Et nè, quod ius vel fas inuiolatum, prætermitteretur, piraticam quoq; exercere instituit. His itagestis, fortè euenit, vt eum fratres duo Reges Thraciæ non contemplatione iustitiæ eius, sed inuicem metuentes, nè alterius viribus accederet, disceptionum suarum iudicem eligerent.

Philippi iniustitia. Estque similis in dirimenda lite leoni Aesopico, in præda partienda.

Etiam vita spoliatos Orosius scribit.

Sed Philippus more ingenij sui, ad iudicium veluti ad bellum, inopinantibus fratribus, instructo exercitu superuenit: & regno vtrunque non iudicis more,

sed

sed fraude latronis, ac scelere spoliauit.

Legatio Athenienſium ad Philippum, pro pace tenenda, de qua Demoſthen. in oratione περὶ στεφάνου.

Dum hæc aguntur, legati Athenienſium petentes pacem, ad eum venerunt: quibus auditis, & ipſe legatos Athenas cum pacis cõditionibus miſit: ibiq; ex cõmodo vtrorumq; pax facta. Ex cæteris quoq; Græciæ ciuitatibus, non pacis amore, ſed belli metu legationes venêre. Siquidem crudeſcente ira, †Thebani Bœotiique orant, vt profeſſum aduerſus Phocenſes ducem Græciæ exhibeat: tanto odio Phocenſium ardentes, vt obliti cladium ſuarum, perire ipſi: quàm non perdere eos præoptarent, expertamq; Philippi crudelitatem pati, quàm parcere hoſtibus ſuis mallent. Contrà Phocẽſium legati adhibitis Lacedæmoniis, & Athenienſibus bellum deprecabantur: cuius ab eo dilationẽ tertiam emerant. Fœdum prorſus miſerandumq; ſpectaculum, Græciam etiam nunc & viribus & dignitate orbis terrarum principem, regũ certè gẽtiumq; ſemper victricem, & multarum adhuc vrbium dominã, alienis excubare ſedibus, aut rogantẽ bellum, aut deprecantem in alterius ope omnem ſpem poſuiſſe: Στάσις ἔμφυλος πολέμου ὁμοφρονέουσα, τοσούτῳ κάκιόν ἐστι, ὅσῳ πολέμου εἰρήνη. *Herodotus.*

† Theſſali, habent alij.

Legati Phocenſium.

ἐπιφώνημα, à rei indignitate.

Orbis terrarum vindices eò vſq; diſcordia ſua, ciuilibusq; bellis redactos, vt adulentur vltrò ſordidam paulò antè clientelæ ſuæ partem: & hoc potiſſimùm facere Thebanos Lacedæmoniosq; anteà inter ſe imperium agitantes, nunc Græciæ imperantis æmulos.

Philippi fraus & perfidia.

Phi-

Philippus inter hæc vendicatione gloriæ suæ tãtarum vrbium fastigium agitat, atque vtros potiùs dignetur, æstimat. Secretò igitur auditis vtriusque legationibus, his veniam belli pollicetur, iureiurãdo adactis, responsum nemini prodituros: illis contrà venturum se, auxiliumq; laturum, vtrosq; vetat parare bellum, aut metuere. Sic variato responso securis omnibus Thermopylarum angustias occupat. Tunc primùm Phocenses se captos fraude Philippi animaduertentes, trepidi ad arma confugiunt. Sed neq; spatium erat instruendi belli, nec tempus ad cõtrahenda auxilia; & Philippus excidium minabatur, ni fieret deditio. Victi igitur necessitate, pacta salute se † dedunt. Sed pactio eius fidei fuit, cuius anteà fuerat deprecati belli promissio. Igitur cæduntur passim, rapiunturque: non liberi parentibus, non coniuges maritis, non deorum simulacra templis suis relinquuntur. Vnum tantùm miseris solatium fuit: quod cùm Philippus portione prædæ socios fraudasset, nihil rerum suarum apud inimicos viderunt. Reuersus in regnum vt pecora pastores, nunc in hybernos, nunc in æstiuos saltus trajiciunt: sic ille populos, & vrbes. Vt illi vel replenda, vel derelinquenda quæque loca videbantur, ad libidinem suam transfert: miseranda vbique facies, & excidio similis erat. Non quidem pauor ille hostilis, nec discursus per vrbem militum erat, non tumultus armorum, non bonorum, aut hominum rapina, sed tacitus mœror & luctus: verẽtibus, nè ipsæ lachrymæ pro contumacia haberentur. Crescit dissimulatione ipsa dolor, hoc altiùs dimissus, quò mĩùs profiteri licet.

† dediderũr. Phocẽsium calamitas.

Philippi sæuitia in suos

licet. Nunc sepulchra maiorũ, nunc veteres penates, nunc tecta, in quib. geniti erãt, in quibusq́ genuerãt, considerabant. Miserantes nunc vicem suam, quòd in eam diem vixissent: nunc filiorum, quòd nõ post eam diem nati essent. Alios populos in finibus ipsis hostibus opponit, alios in extremis regni terminis statuit: quosdam bello captos in supplementis vrbium diuidit. Atque ita ex multis gentibus, nationibusq́ vnum regnũ populumq́ constituit. Compositis ordinatisq́ Macedoniæ rebus, Dardanos cæterosq́ finitimos fraude captos, expugnat. Sed nec à proximis † manus abstinet. Siquidem Arymbam regem Epiri vxore sua Olympiadi arctißima cognatione iũctum, pellere regno statuit: atq́ Alexandrum priuignum eius, vxoris Olympiadis fratrem, puerum honestæ pulchritudinis, in Macedoniam, nomine sororis accersit, omniq́ studio sollicitatum in spẽ regni, simulato amore, ad stupri cõsuetudinẽ perpulit, maiora in eo obsequia habiturus, siue consciẽtiæ pudore, siue regni beneficio. Igitur cùm ad XX. annos peruenisset, ereptum Arymbæ regnum puer admodũ tradit, scelestus in vtroq́. Nam nec in eo ius cognationis seruauit, cui ademit regnum: et eũ cui dedit, impudicum fecit ante, quàm Regem.

Γνῶμα πάδος.

Exemplum impietatis erga cognatos.

†manu.

Philippi scelera.

In mercedẽ perpetrati stupri Orosius.

IVSTINI HISTORICI LIBER IX.

IN Græciam Philiypus cùm venisset, sollicitatus paucarum ciuitatum direptione, & præda modicarum vrbium quãtæ opes vniuersarũ essent, animo prospiciens, bellum toti Græciæ inferre statuit.

Byzan-

Byzantium oppugnatur à Philippo, quòd Perinthijs auxilia miserint. Constantinopolis deinde dicta. Orosius.

Ad cuius emolumentum egregiè pertinere ratus, si sibi Byzantium nobilem, & maritimam vrbem, receptaculum terra mariq; copijs suis futurum, in potestatem redegisset. Eandem claudētem sibi portas obsidione cinxit.

Byzantium à quo conditum.

Hæc namq; vrbs condita primò à Pausania Rege Spartanorum, & per septem annos possessa fuit. Deinde variante victoria, nunc Lacedæmoniorum, nunc Athenīensium iuris habita est. Quæ incerta possessio effecit, vt nemini quasi suam auxilijs iuuante libertatē constantiùs tueretur. Igitur Philippus lōga obsidionis mora exhaustus, pecuniæ commercium de piratica mutuatur. Captis itaq; cetum septuaginta nauibus mercium, et distractis, anhelantem inopiam paululum recreauit. Deinde, vt vnius vrbis oppugnatione tantus exercitus teneretur, profectus cum fortissimis, multas †Chersonensium vrbes expugnat.

Byzantium à quo condicum.

Piraticam exercet Philippus.

†Chersonēsium.

Alexander Magnus in castra à patre accersitus.

Filium Alexandrum decem & octo annos natum, vt sub militia patris, tyrocinij rudimenta deponeret, ad se accersit.

Bellum Philippi cum Scythis.

†Etæas Orosius legit. Matthęas Scytarum Rex.

In Scythiam quoq; prædandi causa profectus, more negotiantium, impensas belli alio bello refecturus. Erat eo tempore rex Scytharum † Matthæas: qui cū bello

bello Istrianorum premeretur, auxiliũ à Philippo per Apollinenses petit, in successione eũ regni Scythiæ adoptaturus. Cùm interim Istrianorum rex decedens, & metu belli, & auxiliorum necessitate Scythas soluit. Itaq; Matthæas remissis Macedonibus renunciari Philippo iubet, neq; auxilium eius se petisse, neque adoptionem mandasse. Nam neq; vindicta Macedonum egêre Scythas, quibus meliores forent: neq; hæredem sibi incolumi filio deesse. His auditis, Philippus legatos ad Matthæã mittit, impẽsæ obsidionis portionẽ petentes, ne inopia bellum deserere cogatur: quod eò prõptius eũ debere facere, quòd missis à se in auxilium eius militibus, ne sumptum quidem viæ, non modò officij precia dederit. Matthæas inclementiam cœli & terræ sterilitatẽ causatus, quæ non patrimonijs ditet Scythas, sed vix alimenta exhibeat, respõdit, Nullas sibi opes esse, quibus tãtum regem expleat: & turpiùs putaret, paruo defungi, quàm totum abnuere. Scythas autem virtute animi & duritia corporis, nõ opibus censeri. Quibus derisus Philippus soluta obsidione Byzanthij, Scythica bella adgreditur: præmissis legatis, quò securiores faceret, qui nuncient Matthææ, dũ Byzantium obsidet, vouisse statuam Herculi: ad quã in ostio Istri ponendam se venire, pacatum accessum ad religionem dei petens, amicus ipse Scythis venturus.

Scythici belli causa & origo.

Obserua Philippum non tam vi, & armis, quàm dolo & fraude bella gessisse, & vicisse. Eleganter verò à Demosthene πανοῦργος appellatur, Philippi εἰκόνα describit

Demost.

Demosthen. ἔσχον ἀυτὸν τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκεκομμένον τὴν κλῆν κατεαγότα, τὴν χεῖρα, τὸ σκέλος πεπηχωμένον.

Ille si voto fungi velit, statuam sibi mitti iubet, nō modò vt ponatur, verum etiam vt inuiolata maneat, pollicetur: Exercitum autem fines ingredi, negat se passurū: ac si inuitis Scythis statuam ponat, eo digresso sublaturum, versurumq; as statuæ in aculeos sagittarum. His vtringq; irritatis animis, prælium committitur. Cùm virtute & †animo præstarent Scythæ, astutia Philippi vincuntur: viginti millia puerorum ac fœminarum capta, pecoris magna vis, auri argentiq; nihil.

† numero.

Victoria Philippi de Scythis. Scythæ in bello fœminis vti malunt quoniam vrinam cursu non impedito reddunt. Plinius lib. 8.

Ea primùm fides inopiæ Scythicæ fuit, viginti millia nobilium equarum ad genus faciendum in Macedoniam missa.

Prælium cum Triballis, in quo grauiter in fœmore sauciatur Philippus.

Sed reuertenti à Scythia Triballi, Philippo occurrunt. Negant se transitum daturos, ni portionē accipiant prædæ. Hinc iurgium: & mox prælium. In quo ita in fœmore vulneratus est Philippus, vt per corpus eius equus interficeretur. Cùm omnes occisum putarent, præda amissa est. Ita Scythica velut deuota spolia penè luctuosa Macedonibus fuêre.

Bellum Athenienſibus à Philippo illatum,

tum, de quo Diodorus. Demosthenes sua eloquentia Thebanos ad belli societatem cum Athenienſibus ſuſcipiendam pertraxit.

Vbi verò ex vulnere primùm conualuit, diu diſſimulatum bellum Athenienſibus infert. Quorum cauſa Thebani ſe iunxêre, ne victis metuentes Athenienſibus, veluti vicinum incendium belli ad ſe tranſiret. Facta igitur inter duas paulò antè infeſtiſſimas ciuitates ſocietate, legationibus Græciam fatigant, communem hoſtem putant cõmunibus viribus ſubmouendum. Neq; enim ceſſaturum Philippum, ſi proſperè prima ſucceſſerint, niſi omnẽ Græciã domuerit. Motæ quædam ciuitates, Athenienſibus ſe iungunt. Quaſdam autem ad Philippum belli metus traxit. Prælio commiſſo cùm Athenienſes longè maiore militũ numero præſtarent, aſſiduis bellis, indurata virtute Macedonum vincuntur: nõ tamen immemores priſtinæ gloriæ cecidêre. Quippe aduerſis vulneribus omnes loca, qua tuenda à ducibus acceperant, moriẽtes corporibus texerunt. Hic dies vniuerſæ Græciæ, & gloriã dominationis, & vetuſtiſſimam libertatem finijt.

Præclara ad Chæronæã Philippi victoria.

Philippi moderatio. obſerua, quod de oratoris Demadis ſcommate in Philippum hic refert Diodorus.

Huius victoriæ callidè diſſimulata lætitia eſt. Denique non ſolita ſacra Philippus illâ die fecit: non in cõuiuio riſit: non ludos inter epulas adhibuit, non coronas aut vnguenta ſumpſit: & quantum in illo fuit, ita vicit, vt victorem nemo ſentiret. Sed nec regẽ ſe Græ-

ciæ, sed ducem appellari iussit. Atque ita inter tacitam lætitiam, & dolorem hostium temperauit, vt neq; apud suos exultasse, neq; apud victos insultasse videretur. Athenienſibus, quos paſſus infeſtiſsimos fuerat, & captiuos gratis remiſit, & bello conſumptorũ corpora ſepulturæ reddidit: reliquiasq; funerum vt ad ſepulchra maiorum deferrent, vltrò hortatus eſt. Super hæc Alexandrum filiũ cum amico Antipatro, qui pacem cum his, amicitiam q; iungeret, Athenas miſit: Thebanorum porrò non ſolùm captiuos, verùm etiã interfectorum ſepulturam vendidit.

Alexander Athenas mittitur.

Hoc erat à mortuo tributum exigere, Sæuitia Philippi in Thebanos.

Principes ciuitatis alios ſecuri percuſſit, alios in exiliũ redegit: bonaq; omniũ occupauit, †pulſos deinde per iniuriam in patriam reſtituit. Ex horum numero CCC. exules iudices, rectoresq; ciuitati dedit. Apud quos, cum potẽtiſsimi quiq; rei eius ipſius criminis poſtularentur, quòd per iniuriam ſe in exilium egiſſent, huius conſtãtiæ fuerunt, vt omnes ſe auctores faterentur: meliusq; cum Republica actum, cùm damnati eſſent, quàm cùm reſtituti contenderent. Mira prorſus audacia, de iudicibus vitæ necisq; ſuæ, quemadmodũ poſſunt, ſentẽtiam ferunt, contemnuntq; abſolutionẽ, quam dare inimici poſſunt: & quoniã rebus nequeũt vlciſci, verbis vſurpant libertatem. Compoſitis in Gratia rebus, Philippus omniũ ciuitatum legatos ad formandum rerum præſentiũ ſtatum euocari Corinthũ iubet. ibi pacis legem vniuerſæ Græciæ pro meritis ſingularum ciuitatum ſtatuit, †Conſiliumq; omniũ, veluti

†pulſos à ciuibus in patriam. reſtituit, legit Oroſius.

Liberi dicti exemplum.

Conuentus Græcorum in Corintho.

† conciliũq; olim velut vnum ſenatum, &c.

luti vnum Senatum ex omnibus elegit. Soli Lacedæmonij, & legē & Regem contempserunt: seruitutem non pacem rati, quæ nō ipsis ciuitatibus cōueniret, sed à victore ferretur. Auxilia deinde singularum ciuitatum describuntur, siue adiuuandus ea manu Rex oppugnante aliquo foret, seu duce illo bellū inferendū. Neq; enim dubium erat, imperium Persarum his apparatibus peti. Summa auxiliorū. CC. millia peditū fuēre, & equitum XV. millia. Extrahant summam, & Macedoniæ exercitus erat: & confinis domitarū gentium barbaries. Initio veris tres duces in Asiam Persarum iuris præmittit: Parmenionem, Amyntā & Attalum: cuius sororem nuper expulsa Alexādri matre Olympiade, propter stupri suspicionem in matrimonium acceperat.

Apparatus bellicus in Persas.

Legati Philippi in Asiam.

Olympias ob stupri suspicionem pulsa.

Nuptiæ Alexandri regis Epiri & Cleopatræ filiæ Philippi.

Interea dū auxilia à Græcia cōeunt, nuptias Cleopatræ filiæ & Alexādri, quē regē Epiri fecerat, celebrat. Dies erat p magnitudine duorum regū, & collocantis filiam, & vxorē ducentis apparatibus insignis. Sed nec ludorum magnificentia deerat: ad quorum spectaculum Philippus, cùm sine custodibus medius inter duos Alexandros filium generumq; † concederet, Pausanias nobilis ex Macedonibus, nemini suspectus adolescens, occupatum angustijs Philippum in transitu obtruncat: diemq; lætitiæ destinatum, fœdū luctu funerū facit. Hic Pausanias primis pubertatis annis stuprum per iniuriam passus ab Attalo fuerat: cuius indignitati hæc etiam fœditas accesserat. Nam

† contendret.

Philippus trucidatur à Pausaniæ satellite propter Attali libidinem non punitā.

perductum in conuiuio, solutumq; mero, Attalus non suæ tantùm, verùm conuiuarũ & libidini veluti scortum vile subiecerat, ludibriumq; omnium inter coæquales reddiderat. Hanc rem ægrè ferens Pausanias querelam Philippo sæpè detulerat. Cùm varijs frustrationibus non sine risu deferretur, & honoratũ insuper Ducatu aduersarium cerneret, iram in ipsum Philippum vertit, vltionemq; quam aduersario non poterat, ab iniquo iudice exegit. Creditum est etiam, immissum ab Olympiade matre Alexandri fuisse: nec ipsum Alexandrum ignarum paternæ cædis extitisse. Quippè non minùs Olympiadem repudium, & prælatam sibi Cleopatram, quàm stuprum Pausaniam doluisse.

Diodorus paulò aliter narrat.

Alexander cum matre suspectus de parricidio.

Plutarch. in vita Alexandri refert, in ista contentione, Alexandrum in Attalum poculum coniecisse.

Alexandrum quoq; regni æmulum fratrem ex nouerca susceptum timuisse: eoq; actum, vt in conuiuio anteà primùm cum Attalo, mox cum ipso patre iurgaret. Adeò, vt etiam stricto gladio eum Philippus consectatus sit, ægreq; à filij cæde, amicorum precibus exoratus. Quamobrem Alexander ad auunculum se in Epirum cum matre, inde ad regem Illyriorum contulerat, vixq; reuocanti mitigatus est patri, precibusque cognatorum ægrè redire compulsus. Olympias quoq; fratrem suum Alexandrum Epiri regem in bellum subornabat, peruicisset q; ni filiæ nuptijs pater generum occupasset. His stimulis irarum vtriq; Pausaniam de impunitate stupri sui querentem ad tantum

Σημεῖα. quibus ostẽdit Olympiadem cædis fuisse consciam.

facinus

facinus impulisse creduntur. Olympias certè fugieuti percussori, equos quoq; præparatos habuit. Ipsa deinde audita regis nece, cùm titulo officij ad exequias ea nocte concurrisset, in cruce pendentis Pausaniæ capiti eadem nocte, qua venit, coronam auream imponit: quod nemo alius audere, nisi hæc, superstite Philippi filio potuisset. Paucos deinde post dies refixum corpus interfectoris super reliquias cremauit: & tumulum ei eodem fecit in loco, parentariq; eidem quotannis incussa populo superstitione curauit. Post hæc Cleopatram, à qua pulsa Philippi matrimonio fuerat, in gremio eius, priùs filia interfecta, finire vitam suspendio coëgit, spectaculoque pendentis vltione potita est, ad quam parricidium festinauerat. Nouissimè gladium illum, quo rex percussus est, Apollini sub nomine Myrtalis consecrauit. Hoc enim nomen ante Olympiadis puerulæ fuit. Quæ omnia ita palam facta sunt, vt timuisse videatur, ne facinus ab ea commissum non probaretur. Decessit Philippus XL. & septem annorum, cùm annis XXV. regnasset. Genuit ex Larissæa saltatrice, filium Aridæum, qui post Alexandrum regnauit. Habuit & multos alios filios ex varijs matrimonijs regio more susceptos, qui partim fato, partim ferro periêre. Fuit rex armorum, quàm conuiuiorum apparatibus studiosior: cui maximæ opes erant, instrumẽta bellorum: diuitiarum quæstu, quàm custodia solertior. Itaq; inter quotidianas rapinas semper inops erat. Misericordia in eo, & perfidia pari iure dilectæ. Nulla apud eum turpis ratio vincendi, blandus pariter, & ingratia offensã simulare, insidiosus alloquio,

Olympiadis crudelitas.

Quo tempore decesserit & quam diu regnauit Philippus.

Describit mores & ingenium Philippi.

qui plura promitteret, quàm præstaret. In seria & iocos artifex. Amicitias vtilitate non fide colebat. Gratiam fingere in odio, instruere inter concordantes odia, apud vtrunq; gratiam quærere solennis illi consuetudo. Inter hæc eloquentia & insignis oratio acuminis & solertiæ plena, vt nec ornatui facilitas, nec facilitati inuentionum deesset ornatus. Huic Alexander succeßit, & virtute, & vitijs patre maior. Itaq; vincendi ratio vtriq; diuersa. Hic aperta vi, ille artibus bella tractabat. Deceptis ille gaudere hostibus, hic palam fusis. Prudentior ille consilio, hic animo magnificentior. Iram pater dißimulare plerunq; & vincere: hic vbi exarsisset, nec dilatio vltionis, nec modus erat. Vini nimis vterq; auidus, sed ebrietatis diuersa vitia. Patri mos erat, & de conuiuio in hostem procurrere, manum conserere, periculis se temere offerre. Alexander non in hostem, sed in suos sæuiebat. Quamobrem, Philippum sæpè vulneratum prælia remisêre: hic amicorum interfector conuiuio frequenter exceßit. Regnare ille cum amicis volebat: hic in amicos regna exercebat. Amari pater malle, hic metui. Literarum cultus vtrique similis. Solertiæ pater maioris, hic fidei. Verbis atq; oratione Philippus, hic rebus moderatior. Parcendi victis filio animus & promptior, & honestior. Ille nec socijs abstinebat. Frugalitati pater, luxuriæ filius magis deditus erat. Quibus artibus orbis imperij fundamenta pater †fecit operis totius gloriam, filius consummauit.

Philippi eloquentia.

Cõparatio Philippi & Alexandri.

†iecit.

IVSTI-

IVSTINI HISTORICI
LIBER DECIMVS.

ARtaxerxi Regi Persarum ex pellicibus centum quindecim filij fuêre: sed tres tantùm iusto matrimonio susceptI, Darius† Ariaractos & Ochus.

CLX. habet Plutarch. †Ariarates

Filiorum Artaxerxis numerus. Plutarchus quatuor legitimos filios recenset, Darium, Ariaspem, Arsacem, & Ochum.

Agente Dario annos XXX.

Ex his Darium contra morem Persarum, apud quos non nisi morte mutatur, per indulgentiam pater regem viuus fecit: nihil sibi ablatum existimãs, quod in filium contulisset: syncerius q; gaudium ex procreatione capturus, si insignia maiestatis suæ viuus in filio conspexisset. Sed Darius post noua paternæ pietatis exempla, interficiendi patris consilium cepit.

Exemplum paternæ indulgentiæ.

Consilium interficiendi patris Ochum agitasse per Arossam scribit Plutarchus. Et est insigne impietatis filiorum erga parentem exemplum.

Sceleratus fuisset, si solus parricidium cogitasset: tantò sceleratior, quòd in societatem facinoris adsumptos quinquaginta fratres fecit parricidas. Ostenti prorsus genus, vbi in tanto populo non solũ sociari, verùm etiam silere parricidium potuit: vt ex quinquaginta liberis nemo inuentus sit, quem aut paterna maiestas, aut veneratio senis, aut indulgentia patris à tanta immanitate reuocaret.

Locus communis. Nimia parentum indulgentia corrumpit liberos.

Adeóne vile paternum nomen apud tot numero filios fuit, vt quorum præsidio tutus etiam aduersus hostes esse debuerat, eorum insidijs circunuentus tutior ab hostibus, quàm à filijs fuerit? Causa parricidij sceleratior ipso parricidio fuit. Occiso quippe Cyro fratre bello, cuius mentio suprà habita est. Aspasiam pellicem eius rex Artaxerxes in matrimonium recepe-rat. Hanc patrem †cedere sibi sicut regnum, Darius postulauerat, qui pro indulgentia sua in liberos, primò facturum se dixerat, mox pœnitētia ductus, vt honestè negaret, quod temerè promiserat, Solis eam sacerdotio præfecit, quo perpetua illi ab omnibus viris pudicitia imperabatur. Hinc exacerbatus iuuenis iniurgia primò patris erupit: Mox facta cum fratribus coniuratione, dum patri insidias parat, deprehensus cum socijs, pœnas parricidij dijs paternæ maiestatis vltoribus dedit. Coniuges quoq; omnium cum liberis, ne quod vestigium tanti sceleris extaret, interfectæ sunt. Post hæc Artaxerxes morbo ex dolore contracto, decedit: Rex quàm pater fœlicior. Hæreditas regni Ocho tradita.

Causa parricidij.

Dianæ & Bataniæ, quam Anetim vocant, præfectam, Plut. scribit.

†credere.

Plut. in vita Artaxerxis.

Artaxerxis mors.

Natus annos XCIIII.

Ochus Persarum Rex propter crudelitatem à Bagoa veneno necatur. Diodorus, Qui cognominatus est Artaxerxes Euseb.

Qui timens parem coniurationem, regiam cognatorum cæde, & strage principū replet: nulla non sanguinis, non sexus, non ætatis misericordia permotus: scilicet

scilicet nè innocentior fratribus parricidijs haberetur. Atq; ita veluti purificato regno, bellum Armenijs infert. In eo, cùm aduersus prouocatorum hostium Codomanus quidam omnium fauore processisset: hoste cæso, victoriam suis, pariter & propè amissam gloriã restituit. Ob hæc decora idem Codomanus præficitur Armenijs.

Codomanus ob suam virtutem Persarum rex electus, & appellatus Darius. De hoc paulò aliter Diodorus.

Interiecto deinde tempore post mortem Ochi Regis, ob memoriam pristinæ virtutis, Rex à populo constituitur. Darij nomine, nè quid Regiæ† maiestati deesset, honoratus bellum cum Alexandro Magno, diu variante fortuna, magna virtute gessit. Postremò victus, ab Alexandro & cognatis occisus, vitam pariter cum Persarum regno finiuit.

† maiestatis.

IVSTINI HISTORICI
LIBER VNDECIMVS.

Anno vrbis conditæ, CCCC. XXVI. Tumultus post Philippi mortem in castris.

IN exercitu Philippi sicuti variæ gentes erant: ita eo occiso diuersi motus animorum fuêre. Alij quippè iniusta seruitute oppressi, ad spem se libertatis erigebant. Alij tædio longinquo militiæ remissam sibi expeditionem gaudebant. Nonnulli facem nuptijs filiæ accensam, rogo patris subditam dolebant. Amicos quo-

que tam subita mutatione rerum haud mediocris metus ceperat, reputantes nunc prouocatam Asiam, nūc Europā nondum perdomitam, nunc Illyrios & Thraces & Dardanos, cæterasqúe barbaras gentes fidei dubiæ & mentis infidæ. Qui omnes populi si pariter deficiant, resisti nullo modo posse. His rebus, velut medela quædam, interuentus Alexandri fuit: qui pro concione ita vulgus omne consolatus hortatusq; pro tempore est, vt & metum tumentibus demeret, & in spem sui omnes impelleret. Erat hic annos viginti natus: In qua ætate ita moderatè de se multa pollicitus est, vt appareret, plura eum experimētis reseruare. Macedonibus immunitatem cunctarum rerū præter militiæ vacationem dedit. Quo facto tantum sibi pauorem omnium conciliauit, vt corpus hominis, non virtutem Regis mutasse se dicerent. Prima illi cura paternarum exequiarum fuit. In quibus ante omnia cædis conscios ad tumulum patris occidi iussit, soli Alexandro Lynciſtarum fratri pepercit, seruans in eo auspicium dignitatis suæ. Nam Regem eum primus salutauerat. Aemulum quoq; imperij Caranum fratrem ex nouerca susceptum interfici curauit. Inter initia, multas gentes rebellantes compescuit. oriētes nonnullas seditiones extinxit. Quibus rebus erectus, tacito gradu in Græciam contendit: vbi exemplo patris, Corinthum †reuocatis ciuitatibus, dux in locum eius substituitur. Inchoatum deinde à patre Persicum bellum aggreditur, in cuius apparatu occupato nūciatur, Athenienses, Thebanos, & Lacedæmonios ab eo ad Persas defecisse: auctoremq; eius defectionis, magno

Alexander.

Alexandri ætas & indoles.

Vltio paternæ cædis.

Caranus necatur.

Græciæ dux Alexander per Amphyctiones constituitur.

†euocatus ciuitat.

gno auri pondere à Persis corruptum, Demosthenem oratorem extitisse, qui Macedonum deletas omnes cum Rege copias à Triballis adfirmauerit, producto in concionem auctore, qui in eo prælio, in quo rex ceciderat, se quoq; vulneratum diceret. Qua opinione mutatos omnium fermè ciuitatum animos esse, præsidia Macedonũ obsideri. Quibus motibus occursurus, tanta celeritate instructo paratoq; exercitu, Græciã oppressit, vt quem venire non senserant, videre se vix crederent. In transitu hortatus Thessalos fuerat, beneficiorumq; Philippi patris, maternæq; suæ cum his ab Aeacidarum gẽte necessitudinis admonuerat. Cupidè hæc Thessalis audientibus, exemplo patris dux vniuersæ gentis creatus erat, & vectigalia omnia, reditusq; suos ei tradiderant. Sed Athenienses, sicuti primi defecerunt: ita primi pœnitẽre cœperunt, contemptum hostis in admirationem conuertentes, puritiamq; Alexandri spretam, anteà supra virtutem veterum ducum extollentes.

Demosth. defectionis auctor.

Meminit auri huius Aeschilus.

Alexandri celeritas.

Genus maternum Alexandri.

Solebat enim Alexandrum Demosthe. puerum appellare. Legati Athenienſium ad Alexandrum, Inter quos fuit & Demosthenes, qui tamen ad Regem cum reliquis non peruenit.

Missis itaq; legatis bellũ deprecantur: quibus auditis, & grauiter increpatis Alexander bellum remisit. Inde Thebas exercitum conuertit, eadem indulgentia vsurus, si parem pœnitentiam inuenisset. Sed Thebani armis, non precibus, nec deprecatione vsi sunt. Itaq; victi, grauissima quæq; supplicia miserrimæ captiui-

captiuitatis experti sunt. Cùm in consilio de excidio vrbis deliberaretur, Phocēses, & Platæenses & Thespienses, & Orchomœnij Alexandri socij victoriaq; participes excidium vrbium suarum crudelitatemq; Thebanorum referebant, studia in Persas non præsentia tantùm, verùm etiam & vetera aduersus Græciæ libertatem increpantes. Quam ob rem † odium eos omnium populorum esse, vel ex eo manifestari posse, quòd iureiurādo se omnes obstrinxerint, vt victis Persis Thebas diruerent: Adijciunt & scelerum priorum fabulas, quibus omnes scænas repleuerant, vt nō præsenti tantùm perfidia, verùm & vetere infamia inuisi forēt. Tunc Eleadas vnus ex captiuis, data potestate dicendi, non à Rege se defeciſſe, quem interfectum audierint, sed à Regis hæredibus: quicquid in eo sit admissum crudelitatis, nō perfidiæ culpam esse, cuius tamen iam magna se supplicia dependisse. Deletaiuuentute, nunc senum fœminarumq; sicuti infirmum, ita innoxium restare vulgus, ipsumq; stupris cōtumelijsque ita vexatum esse, vt nihil amarius vnquam sint passi: nec iam pro ciuibus se, quitam pauci remanserint, orare, sed pro innoxio patriæ solo, & pro vrbe, quæ non viros tantum, verum etiam deos genuerit. Priuata etiam Regem superstitione deprecatur, geniti apud ipsos Herculis, vnde originem gens Aeacidarum trahat. Actaq; Thebis à patre eius Philippo pueritia, rogat, vrbi parcat, quæ maiores eius partim apud se genitos Deos adoret, partim educatos summæ maiestatis Reges viderit. Sed potentior fuit ira, quàm preces.

Vincuntur Thebani ab Alexād.

Græcorum odium in Thebanos.

† odio.

Eleadæ ad Alexandrū oratio.

Exci-

Excidium Thebanum XXXM. numero vendidit, pepercit tamen Pindari ſtirpi. Plut.

Itaq; vrbs diruitur: Agri inter victores diuiduntur. Captiui ſub corona venduntur. Quorum precium non ex ementium commodo, ſed ex inimicorum odio extenditur: miſeranda res Athenienſibus viſa. Itaq; portas refugijs profugorum, contra interdictum Regis aperuêre.

Demoſthenes recitato in concione de lupis, ouibus & canibus apologo, obtinuit, ne dederentur, maximè verò Demades. Vide Plutarch.

Quam rem ita grauiter tulit Alexander, vt ſecunda legatione, denuò bellum deprecantibus, ita demùm remiſit, vt Oratores & Duces, quorum fiducia toties rebellent, ſibi dedantur, paratúq; Athenienſibus, ne cogantur ſubire bellum, eò res deducta eſt, vt retentis Oratoribus, Duces in exilium agerentur, qui ex continenti ad Darium profecti, non mediocre momentum Perſarum viribus acceſſêre. Proficiſcens ad Perſicum bellum, omnes nouercæ ſuæ cognatos, quos Philippus in excelſiorem dignitatis locum prouehens imperijs præfecerat, interfecit. Sed nec ſuis, qui apti regno videbantur, pepercit, nè qua materia ſeditionis, procul ſe agente, in Macedonia remaneret. Et Reges ſtipendiarios conſpectioris ingenij ad commilitium ſecum trahit, ſeniores ad tutelam regni relinquit.

Alexandri in cognatos crudelitas.

Proficiſcitur cum exercitu in Aſiam Alexander Ioui; Herculi, & Mineruæ ſunt aræ ſacra-

sacratæ, in ripa Pirami Q. Curtius.

Adunato deinde exercitu naues onerat. Vndecon specta Asia, incredibili ardore mentis accẽsus, duodecim aras deorum in belli vota statuit. Patrimonium omne suum, quod in Macedonia Europaq́ habebat, amicis diuidit: sibi Asiam sufficere præfatus. Priusquã vlla nauis littore excederet, hostias cædit, petẽs victoriam bello, quo toties à Persis petita Græciæ vltor relictus sit, quibus longa iam satis & matura imperia contigissent, quorumq́ tempus esset vices excipere, melius acturos. Sed neq́ exercitus eius alia, quàm Regis animorum præsumptio fuit. Quippe obliti omnes coniugum liberorumq́, & longinquæ à domo militiæ, Persicum aurum & totius orientis opes, iam quasi suam prædam ducebant: nec belli periculorum, sed diuitiarum meminerant. Cùm delati in cõtinentem essent, primus Alexãder iaculum velut in hostilem terram iecit: armatusq́ de naui tripudianti similis prosiliit: atq́ ita hostias cædit, precatus, nè se regem illæ terræ inuitæ acciptant.

Hoc erat fœcialium iure defungi. Vide Macrob.

Inter parentandum cùm Achillis statuam circumcurreret, dixisse fertur, fœlicem illum esse, qui viuus tam fidum amicum, mortuus tam egregium habuerit præconem.

In Ilio quoq́ ad tumulos eorum, qui Troiano bello ceciderant, parentauit. Inde hostem petens, milites à populatione Asiæ prohibuit, parcẽdum suis rebus præfatus, nec perdeda ea, quæ possessuri venerant. In exercitu eius fuêre peditum XXXII. millia, equitum IIII. millia quingenti, naues CLXXXII.

Alexandri copiæ.

Has

Hæc tam parua manu vniuersum terrarum orbem, vtrum sit admirabilius vicerit, an adgredi ausus fuerit, incertum est: cùm ad tam periculosum bellum exercitum legerit, non iuuenes robustos, nec primo flore ætatis, sed veteranos: plerosq; etiam emeritæ militiæ, qui cum patre, patruisq; militauerant, elegit: vt nō tam milites, quàm magistros militiæ electos putares. Ordines quoq; nemo nisi sexagenarius duxit: vt si principia castrorum cerneres, Senatum te alicuius priscæ Reipub. videre diceres. Itaq; nemo in prælio fugam, sed victoriam cogitauit: nec in pedibus cuiquam spes, sed in lacertis fuit: Contrà, Rex Persarum Darius fiducia virium, nil astu agere, adfirmans suis occulta consilia victoriæ furtiuæ non conuenire, nec hostem à regni finibus arcere, sed in intimum regnum accipere: glorioſius ratus repellere regnum, quàm nō admittere. Exercitus & militum descriptio.

Pugna ad Græcanicum flumen Alexandri cum præfectis Darij XXXII. pedites, D. saucios, equites CL. interfectos. Q. Curtius scribit. Persarum autem exercitus X. millia equitum, peditum C. millia fuit, vt refert Diodorus.

Prima igitur congressio in campis Adrastÿs fuit. In acie Persarum sexcenta millia militum fuêre: quæ non minus arte Alexandri, quàm virtute Macedonū superata, terga verterunt. Magna itaq; cædes Persarum fuit. De exercitu Alexandri † nouem pedites, † nonincentum viginti equites cecidêre. Quos Rex impensè genti. ad cæterorum solatia humatos, statuis equestribus donauit,

nauit, cognatisq; eorum immunitates dedit. Post victoriam maior pars Asiæ ad eum defecit. Gessit & plura bella cum præfectis Darij, quos iam nõ tam armis, quàm terrore nominis sui vicit. Dum hæc aguntur, interim indicio captiui ad eum defertur: insidias ei ab Alexandro Lyncistarum genero Antipatris, qui præpositus Macedoniæ erat, parari. Ob quam causam timens, ne quis interfecto eo in Macedonia motus oriretur, in vinculis eum habuit. Post hæc †Gordin vrbem petit: quæ posita est inter Phrygiam Maiorem & Minorem. Cuius vrbis potiundæ, non tam propter prædam cupido eum cepit, sed quod audiuerat in ea vrbe, in templo Iouis iugum plaustri Gordij positum, cuius nexum, si quis soluisset, eum tota Asia regnaturum, antiqua oracula cecinisse. Huius rei causa & origo illa fuit. Gordius cùm in his regionibus bobus conductis araret, aues eum omnis generis circumuolare cœperunt. Profectus ad consulendos augures vicinæ vrbis, obuiam in porta habuit virginem eximiæ pulchritudinis: percontatusq; eam, quem potissimùm augurem consuleret: illa audita causa consulendi gnara artis ex disciplina parentum, regnum ei portendi respondit: polliceturq; se & matrimonij & spei sociam. Tam pulchra cõditio prima regni felicitas videbatur. Post nuptias, inter Phrygas orta seditio est. Consulentibus de fine discordiarum oracula responderunt. Regi discordijs opus esse. Iteratò quærentibus de persona Regis, iubentur eum Regem obseruare, quem reuersi primùm in templum Iouis euntem plaustro reperissent. Obuius illis Gordius fuit, statimq; eum Regem

†Gordium.

Gordij plaustrum. Digressio de Gordij historia.

gem consalutāt. Ille plaustrum, quo vehenti regnum delatum fuerat, in templo Iouis positū maiestati consecrauit Regiæ. Post hunc filius Mida regnauit, qui ab Orpheo sacrorum solennibus initiatus, Phrygiā religionibus impleuit, quibus tutior omni vita, quam armis fuit. Igitur Alexander capta vrbe cùm in templū Iouis venisset, iugum plaustri requisiuit: quo exhibito, cùm capita loramentorum intra nodos absconditā reperire non posset, violentiùs oraculo vsus, gladio loramenta cædit: atq; ita resolutis nexibus latentia in nodis capita inuenit. Hoc illi agenti nunciatur, Dariū cum ingenti exercitu aduentare. Mida. Redit ad historiam. Darij aduentus.

Alexandri celeritas in occupandis Pylis, de quibus Q. Curtius.

Itaq; timēs angustias, magna celeritate Taurum transcēdit. In qua festinatione quingenta stadia cursus fecit, cùm Harsum venisset, captus Cydni fluminis amœnitate, per mediam vrbem influētis, proiectis armis, plenus pulueris ac sudoris, in præfrigidā nudū vndam se proiecit. Tum repentè tantus neruos eius occupauit rigor, vt inclusa voce, nō spes modò remedij, sed nec dilatio periculi interueniret. Vnus erat ex medicis nomine Philippus, qui solus remedium pollicerētur. Sed & ipsum Parmenionis pridie à Cappadocia missæ epistolæ suspectum faciebant, qui ignarus infirmitatis Alexādri, scripserat, à Philippo medico vt caueret. Nam corruptum illum à Dario ingenti pecunia esse. Tutiùs tamen ratus, dubiæ se fidei medici credere, quàm indubitato morbo perire. Accepto igitur poculo, epistolas Medico tradidit: atque ita inter bi- Alexander incidit in grauē morbum. Philippus Acarnan. Alexandri medicus.

bendum oculos in vultum legentis intendit. Vt securũ conſpexit, lætior factus eſt, ſanitatemq; quarta die recepit. Igitur Darius cum CCC. millibus peditum, & C. millibus equitum in aciem procedit. Mouebat hæc multitudo hoſtium, reſpectu paucitatis ſuæ, Alexandrum. Sed interdum reputabat, quantas res cum tanta paucitate geſſiſſet, quantosq; populos fudiſſet. Itaque cum ſpes metum vinceret, periculoſiùs differre bellum ratus, ne deſperatio ſuis creſceret, circumuectus ſuos, ſingulas gentes diuerſa oratione alloquitur: Illyrios et Thracas opum ac diuitiarum oſtentatione. Græcos veterum bellorum memoria, æternisq; cũ Perſis odijs accendebat: Macedones autem, nunc Europæ victæ admonet, nunc Aſiæ expetitæ: nec inuentas illis toto orbe pares vires gloriatur. Cæterum & laborum finem hunc, & gloriæ cumulum fore. Atq; inter hæc identidem conſiſtere aciem iubet, vt hac mora conſuescant oculis turbam hoſtium ſuſtinere. Nec Darij ſegnis opera in ordinanda acie fuit. Quippe omiſſis ducum officijs, ipſe omnia circumire, ſingulos hortari, veteris gloriæ Perſarum, imperijq; perpetuæ à Dijs immortalibus datæ poſſeſſionis admonere. Poſt hæc prælium ingentibus animis committitur. In eo vterq; rex vulneratur. Tamdiu certamen anceps fuit, quòd fugerat Darius. Exinde cædes Perſarum ſecuta eſt. Cæſa ſunt peditum vnum & ſexaginta millia, equitum decem millia, capta quadraginta millia. Ex Macedonibus cecidêre pedeſtres CXXX. equites CL. In caſtris Perſarum multum auri cæterarumq; opum inuentum.

Darij copia ad Iſſum.

Oratio Alexandri ad milites.

Alexandri dextrum femur leuiter perſtrictum Q. Curtius.

Fuit

Fuit in hac præda nihil scriniolo quodam pretiosius, de cuius vsu amicis consultantibus, imò hercle Alexander, inquit, librorum Homeri custodiæ detur. Matris Darij nomen Sisigambi fuit.

Inter captiuos castrorū mater & vxor, eademq; soror, & filiæ duæ Darij fuêre. Ad quas visendas hortandasq; cum Alexander venisset, conspectis armatis inuicem se complexæ, velut statim morituræ, comploratione ædiderunt. Prouolutæ deinde genibus Alexandri, non † mortem, sed vt Darij corpus sepeliant, †dilatione mortis deprecantur.

† vitam.
†dilationē.

Exemplum clementiæ & moderationis in Alexandro. Obserua diligenter, quæ hic narrant Diodorus & Curtius.

Motus tanta mulierum pietate Alexāder, & Darium viuere dixit, & timentibus mortis metum dimisit: easq; haberi, & salutari vt Reginas præcepit. Filias quoq; non sordidiùs dignitate patris sperare matrimonium iussit. Post hæc opes Darij, diuitiarumq; apparatum contemplatus, admiratione tantarum rerum capitur. Tunc primum luxuriosa conuiuia, & magnificentiam epularum sectari: tunc † Barsensem captiuam diligere propter formæ pulchritudinē cœpit: à qua posteà susceptum puerum Herculem vocauit. Memor tamen adhuc Darium viuere, Parmenionem ad occupandam Persicam classem alios q; amicos, ad recipiēdas Asiæ ciuitates misit: quæ statim audita fama victoriæ ipsius, Darij præfectis cū auri magno pondere tradentibus se in potestatem victorum

Luxuriant animi rebus plerunque secundis.
† Marsinē.

Quæ circa Hierosolymam gesserit Alexan-

der, refert Iosephus.

venerunt. Tunc in Syriam proficiscitur, vbi obuios cũ insulis multos Regis orientis habuit. Ex his pro meritis singulorum, alios in societatem recepit, alijs regnum ademit, suffectis in loca eorum nouis regibus.

Abdolomius abiectæ & tenuis fortunæ homo, Rex constituitur: ὁ θέος γὰρ ὡσέοικε πολλάκις χάιρει τοὺς μὲν μικροὺς, μεγάλους ποιῶν: τοὺς δ' μεγάλους μικροὺς. Xenophon.

† Abartomius.

Insignis præter cæteros fuit † Abdolomius, Rex ab Alexandro Sidoniæ constitutus: quem Alexander (cũ operam ablocare ad puteos exhauriendos, hortosq́ irrigandos solitus esset) miserè vitam † exhibentem regem fecerat, spretis nobilibus, ne generis id, nõ dantis beneficium putarent. Tyriorum ciuitas cùm coronam auream magni ponderis per legatos, in titulum gratulationis Alexandro misisset, gratè munere accepto, Tyrum se ire velle ad vota Herculi reddenda dixit: cùm legati rectiùs id eum in Tyro vetere, & antiquiore templo facturum dicerent: inde deprecantes eius introitum, ita exarsit, vt vrbi excidium minaretur, confestimq́ exercitu insulæ adplicatæ, non minus animosis Tyrijs fiducia Carthaginensium bello excipitur.

† exigentẽ.

Iratus Rex. Tyrus obsidetur septẽmensibus. Αἴσχιον ἔχοντας ἀφερετῦναι, ἢ κτωμένους ἀτυχῆσαι.

Augebant enim Tyrijs animos, Didonis exemplũ, quæ Carthagine condita, tertiam partem orbis quæsisset: turpe ducentes, si fœminis suis plus animi fuisset in

in imperio quærendo, quàm sibi in tuenda libertate. Amota igitur imbelli ætate Carthagine & accersitis mox auxilijs, nõ magno pòst tempore per proditionẽ capiuntur. Inde Rhodum Alexander, Aegyptum, Ciliciamq; sine certamine recepit. Ad Iouẽ deinde Ammonem pergit, consulturus & de euentu futurorum, & de origine sua. Namq; mater eius Olympias confessa viro suo Philippo fuerat, Alexãdrum non ex eo, sed ex serpente ingentis magnitudinis concepisse. Denicq; Philippus vltimo propè vitæ suæ tempore, filium suum non esse palàm prædicauerat: qua ex causa Olympiada, velut stupri compertam, repudio dimiserat. Igitur Alexander cupiẽs originem diuinitatis acquirere, simul & matrem infamia liberare, per præmissos subornat antistites, quid sibi responderi velit. Ingredientem templum statim antistites, vt Ammonis filium salutant: Ille latus Dei adoptione, hoc se patre censeri iubet. Rogat deinde, an omnes interfectores patris sui sit vltus, respondent patrem eius nec posse interfici, nec mori: regis Philippi peractam planè vltionem esse. Tertiam interrogationẽ poscenti, victoriam omnium bellorum, possessionemq; terrarum dari respondent. Comitibus quoq; suis responsum, vt Alexandrum pro Deo, non pro rege colerent. Hinc illi auctа insolentia, mirusq; animo increuit tumor, exempta comitate, quam & Græcorum literis, & Macedonum institutis didicerat.

Alexander ad Ammonem Iouem profiscitur.

Alexander Iouis filius appellatus.

Vnde Alexandro animus creuit.

Nam Iliadem vnà cum pugione semper sub puluinari habebat. Plutarchus. Alexandria conditur. Inter paludem & mare,

Curtius. Epistolæ Darij ad Alexandrum de quibus vide Curtium.

Reuersus ab Ammone, † Alexandriam condidit, & Coloniam Macedonum, caput esse Aegyptiiubet. Darius cum Babyloniã profugisset, per epistolas Alexandrum deprecatur, redimendarum sibi captiuarum potestatem faciat: inq; eam rem magnam pecuniam pollicetur. Sed Alexander in pretium captiuarum regnum omne non pecuniam petit. Interiecto tempore aliæ epistolæ Darij Alexandro redduntur, quibus filiæ matrimonium & regni portio offertur. Sed Alexander sua sibi dari rescripsit, iussitq; supplicem venire, et regni arbitria victori permittere. Tum spe pacis amissa, bellum Darius reparat, cum quadraginta millibus peditum, & centum millibus equitum obuiam vadit Alexandro. In itinere nunciatur vxorem eius ex collisione abiecti partus decessisse, eiusq; mortem illachrymatum Alexandrum, exequiasq; benignè prosecutum: idq; eum non amoris, sed humanitatis causa fecisse: Nam semel eam tantùm Alexãdro visam esse, cum matrem, paruulasq; filias eius frequenter consolaretur. Tunc Darius se ratus verè victum, cùm post tot prælia, & beneficijs ab hoste superaretur, gratumq; sibi esse, si vincere nequeat, quod à tali potissimum vinceretur.

Secũdus apparatus Darij, & militũ numerus.

Vxori nomen fuit Statyra.

Alexandri humanitas.

Tertiæ literæ Darij ad Alexandrum. Cùm consultaretur de his conditionibus oblatis. Parmenionem primùm dixisse aiunt. Ego si Alexander essem, susciperem, quæ conceduntur. At Alexander rursus: Et ego, inquit, face-

facerem, si essem Parmenio.

Scribit itaque & tertias epistolas, & gratias agit, quod nihil in suos hostile fecerit. Offert deinde maiorem partem regni, vsq; ad flumen Euphratem, & alteram filiam vxorem, pro reliquis captiuis triginta millia talentorum. Ad hoc Alexander gratiarum actionem ab hoste superuacaneam esse respondit: nec à se quidquam factum in hostis adulatione, nec quòd in dubios belli exitus, aut in leges pacis sibi lenocinia quæreret: sed animi magnitudine, qua dicerit aduersus vires hostium, non aduersus calamitates contendere. Polliceturq; se præstaturum ea Dario si secundus sibi, non par haberi velit. Cæterùm neque mundum posse duobus Solibus regi, neque orbem summa duo regna saluo statu terrarum habere. Proinde aut deditionem eadem die, aut in posteram aciem paret: & nec polliceatur sibi aliam, quàm sit expertus victoriam. Postera die aciem producunt. Tunc repentè ante prælium, confectum curis Alexandrum, somnus arripuit. Cùm ad pugnam solus rex deesset, à Parmenione agrè excitatus, quærentibus somni causas omnibus inter pericula, cum etiam in otio semper parcior fuerit, magno se metu liberatum ait: somnumq; sibi à repentina securitate datum, quod liceat cū omnibus Darij copijs confligere, veritum se longā belli morā, si Persæ exercitum diuisissent: Ante prælium vtraq; acies hostibus spectaculo fuit. Macedones multitudinem hominum, corporum magnitudinem armorumq; pulchritudinem mirabātur. Persæ autem à tam paucis victa suorū tot millia stupebant.

Alexandri magnanimitas.

Solibus duobus mundū regi nō posse.

Alexandri somnus.

Alexandri ad suos oratio.

Sed nec duces circumire suos singulos cessabant. Darius vix denis armatis singulos hostes, si diuisio fieret, euenire dicebat. Alexander Macedonas monebat, ne multitudine hostiũ, ne corporis magnitudine, vel coloris nouitate mouerentur: tantum meminisse iubet, cum ijsdem se tertiò pugnare: nec meliores factos putarent fuga, cùm in aciem secum tam tristem memoriam cædium suarum, & tantum sanguinis de duobus prælijs fusi ferrent. Et quemadmodum Dario maiorem turbam hominum esse, sic virium sibi. Hortatur, spernant illam aciem auro & argento fulgentem, in qua plus prædæ quàm periculi sit, cùm victoria non ornamentorum decore, sed ferri virtute quæratur.

Acre prælium Alexandri & Darij in Arbelis, seu vt Plutarchus vult, Gaugamelis, quod Gameli domum significat.

Post hæc prælium committitur. Macedones inferrum cum contemptu toties à se victi hostis ruebant. Contrà, Persæ mori, quã vinci præoptabant. Rarò etiam vllo prælio tantum sanguinis fusum est. Darius cùm vinci suos videret, voluit mori & ipse. Sed à proximis fugere compulsus est.

Curtius Lyci non Cydni pontem fuisse, inquit, quod magis placet.

Suadẽtibus deinde quibusdam, vt pons Cydni fluminis ad iter hostium impediendum intercluderetur, non ita saluti suæ velle consultum ait, vt tot millia sociorum hostibus obijciat, debere & alijs fugæ viã patere, quæ patuerit sibi. Alexander autem periculosissima

Alexandri virtus.

sima quæq; adgrediebatur, & vbi confertißimos hostes accerrimè pugnare conſpexiſſet, eò ſe ſemper ingerebat, periculaq; ſua eſſe, non militum volebat.

Tertia & vltima victoria Alexandri de Dario.

Hoc prælio Aſiæ imperium rapuit, quintò poſt acceptum regnũ anno, cuius fœlicitas tanta fuit, vt poſt hoc nemo rebellare etiam auſus ſit, patienterq; Perſæ poſt imperium tot annorum, iugum ſeruitutis acceperunt. Donatis refectisq; militibus † X L. continuis diebus prædam recognoſcit. Et vrbe deindè clauſa † X L. millia talentorum inuenit. Expugnat & Petſepolim, caput Perſici regni, vrbem multis annis illuſtrem, refertamq; orbis terrarum ſpolijs, quæ interitu eius primùm apparuerunt. Inter hæc octingenti admodùm Græci occurrunt Alexandro: qui pœnam captiuitatis truncata parte corporum tulerant, rogantes, vt ſicuti Græciam, ſe quoq; ab hoſtis crudelitate vindicaret. Data poteſtate redeundi, agros recipere maluerunt, ne non tam gaudium parentibus, quàm deteſtandum ſui conſpectum reportarent.

Præda ex Perſis.

† al. 33. Oroſius autem 34. Perſepolis capitur, metropolis Perſarum Curtius quatuor millia fuiſſe refert, quem vide.

Miſerabile ſpectaculum. Darius capitur à præfectis ſuis Beſſo & Nabarzano. Eſtque exemplum impietatis & crudelitatis.

Intereà Darius in gratiam victoris, à cognatis ſuis aureis compedibus catheniſq; in vico, Parthorum Tanea vincitur. Credo, ita dijs immortalibus vindicantibus, vt in terra eorum, qui ſucceſſuri imperio erant, Perſarum regnum finiretur. Alexander quoque cita-

to cursu postera die superuenit. Ibiq; cognouit Darium clauso vehiculo per noctem exportatum. Iusso itaque exercitu subsequi, cum septem millibus equitum fugientem insequitur. In itinere multa & periculosa prælia fecit. Emensus deinde multa millia passuum cùm nullum Darÿ indicium reperisset, respirandi equis data potestate, vnus ex militibus, dum ad fontem proximum pergit, in vehiculo Darium, multis quidem vulneribus confossum, sed spirantem adhuc inuenit: qui applicito captiuo, cùm ciuẽ ex voce cognouisset, id saltem præsentis fortunæ solatium se habere, dixit, quòd apud intellecturum locuturus esset, nec in cassum postremas voces emissurus. † Perferri hæc Alexandro iubet, se nullis in eum meritorum officijs, maximorum illi debitorum, mori: quòd in matre liberisq; suis regium eius, non hostilem animum expertus. fœliciusq; hostem, quàm cognatos sortitus sit. Quippe & matri ac liberis suis ab eodem hoste vitam datam: sibi à cognatis ereptam, quibus & vitam & regna dederit. Quam obrem gratiam illi eam futuram, quam ipse victor volet Alexandro referre: se, quam solam moriens potest, gratiam, precari superũ & inferum numina & regales deos, vt illi terrarum omnium victori contingat imperium, pro se iustam magis, quàm grauem sepulturæ veniam orare. Quod ad vltionem pertineat, iam non suam, sed exempli, communemq; omnium regum esse causam, quam negligere, illi & indecorum esse et periculosum: quippe, cũ in altero iustitiæ eius, in altero etiã vtilitatis causa versetur, in quam rem vnicum pignus fidei regiæ, dextram

Polystrat. Macedo Darium suorũ telis confossum reppererit.

† proferri.

Mandata Darij iam morientis ad Alexandrum.

dextram se ferendam Alexandro dare. Post hæc porrecta manu, expirauit.

Darij mors. Ea enim fidei sacra est, Plin. XI. Finitur Persarum imperium.

Quæ vbi Alexandro nunciata sunt, viso corpore defuncti, tam indignam illo fastigio morte lachrymis prosecutus est. Corpusq; regio more sepeliri & reliquias eius maiorum tumulis inferri iussit.

IVSTINI HISTORICI

LIBER DVODECIMVS.

Quarta monarchia Macedonum, seu Græcorum cum Alexandrinis & Ptolomeis. Durauit annos CCC.

ALexander in persequendo Dario, amissos milites magnis funerum impēsis extulit, reliquias expeditionis eius socijs. XV. millia talentorum diuisit. Equorum maior pars æstuamissa, inutilesq; etiam qui superfuerant. facti pecunia omnis. CLIII. millia talentorum ex victoria congesta, eiq; Parmenio præficitur. Dum hæc aguntur, epistolæ Antipatris à Macedonia redduntur, quibus bellum Agidis regis Spartanorum in Græcia, Alexandri regis Epiri in Italia bellum, Zopyrionis præfecti eius in Scythia continebatur. Quibus varie adfectus, plus tamen lætitiæ cognitis †mortibus duorum æmulorum regum, quàm doloris amissi, cum Zopyrione exercitus suscepit. Nam post profectionem Alexandri, Græcia fermè omnis in occasionem recuperandæ libertatis ad arma concurrerat, auctoritatem Lacedæmoniorum secuta, qui Philippi Alexan-

Motus & bella in Macedonia. †moribus.

Lacedæmoniorum aduersus Antipatrum bellum.

Alexandriqúe pacem soli spreuerant, & leges respuerant. Dux huius belli Agis Rex Lacedæmoniorum fuerat. Quem motum Antipater contractis militibus in ipso ortu oppressit. Magna tamen vtrinque cædes fuit.

Egregium boni Imperatoris exemplum Agis, de cuius militari robore Diodorus Siculus & Q. Curtius lib. 6. vbi scribit V. M. & CCC. LX. Lacedæmoniorum. & CCC. Macedonum cecîdisse.

De Alexandro Epiri Rege.

Agis Rex cùm suos terga dare videret, demissis satellitibus, vt Alexandro, si non fœlicitate par, virtute non inferior videretur, tantas strages hostium edidit, vt agmina interdum fugaret. Ad extremum, & si à multitudine victus, gloria tamẽ omnes vicit. Porrò Alexander Rex Epyri in Italiam à Tarentinis auxilia aduersus Brutios deprecantibus solicitatus, ita cupidè profectus fuerat, vt in diuisione orbis terrarum, Alexãdro Olympiadis sororis suæ filio Oriens, et sibi Occidens fortè contigisset: non minorẽ rerum materiam in Italia, Aphrica, Siciliaq;, quàm ille in Asia, & Persis habiturus.

Oraculum Dodonæi Iouis de fato Alexandri Epirotæ. Fermè fugiendo in media fata ruitur.

Huc accedebat, vt sicut Alexandro Magno Delphica oracula insidias in Macedonia, ita huic responsum Dodonæi Iouis vrbem Pandosiam, amnemq; Acherusium prædixerant. Quæ vtraque cùm in Epyro essent, ignarus eadem & in Italia esse, ad declinanda fato-

fatorum pericula, peregrinam militiam cupidiùs elegerat. Igitur cùm in Italiam venisset, primum illi bellum cum Appulis fuit: quorum cognito vrbis fato, breui pòst tempore, pacem & amicitiam cum Rege eorum fecit.

Brundusium conditum ab Aetolis, βριὴν ἀγαθὸς Διομήδης,

Erat namque tunc temporis vrbs Appulis Brundusium, quam Aetoli secuti dudum fama rerum in Troia gestarum, clarissimum ac nobilissimum ducem Diomedem, condiderant. Sed pulsi ab Appulis consulentes oracula, responsum acceperant, locum quem reperissent, perpetuò possessuros. Hac igitur ex causa, per legatos sub belli comminatione, restitui sibi ab Appulis vrbem postulauerant.

Fertur hic Alexander dixisse, cùm aduersus Italos pugnaret, se in viros: Alexandrum Magnum in fœminas, Persas nempe incidisse.

Sed vbi Appulis oraculum innotuit, interfectos legatos in vrbe sepeliunt, perpetuò ibi sedem habituros. Atq; ita defuncti responso, diu vrbem possederunt. Quod cum factum cognouisset Alexander Epiri, antiquitatis fata veneratus, bello Appulorum abstinuit. Gessit & cum Brutijs Lucanisq; bellum, multasq; vrbes cœpit, tum & cum Metapontinis & Rutilis & Romanis fœdus amicitiamq; fecit. Sed Brutij Lucanique cum auxilia à finitimis contraxissent, acriùs bellum repetiuêre. Ibi Rex iuxta vrbem Pandosiam & flumen† Acheronta, nõ priùs fatalis loci cognito nomine

† Acherusium. Eleganter hanc historiam describit Liu. libr. 8. ab vrbe condita.

De Zopyrione occiſo cum exercitu à Scythis.

mine quam occideret, interficitur. Moriensq; non in patria fuiſſe ſibi periculoſam mortem, propter quam patriam fugerat, intellexit. Corpus eius Tyrij publicè redemptum, ſepulturæ tradiderunt, Dum hæc aguntur in Italia, Zopyrion quoq; præfectus Ponti ab Alexandro Magno relictus, †otioſum ſe ratus, ſi nihil ipſe geſſiſſet, adunato XXX. millium militum exercitu, Scythis bellum intulit. Cæſus cum omnibus copijs pœnas temerè illati belligenti innoxiæ luit. Hæc cùm nunciata in Parthya Alexandria eſſent, ſimulato mœrore propter Alexãdri cognitionem, exercitui ſuo triduo luctum indixit. Omnibus deinde, veluti Darij morte perpetrato bello, reditum in patriam expectantibus, coniuges et liberos ſuos animo iam quodammodò complectentibus, ad concionem exercitum vocat. Ibi nihil actum tot egregijs prælijs ait, ſi incolumis Orientalis Barbaries relinquatur, nec ſe corpus, ſed regnum Darij petiſſe: perſequendosq; eſſe eos, qui à regno defecerint. Hac oratione velut ex integro incitatis militum animis, Hyrcaniam Mardosq; ſubegit.

†occiſum.

Oratio Alexandri ad milites qua in patriam profecturos retinet.

Thaleſtris Amazonum regina Alexandrum ſobolis ex eo ſuſcipiendæ gratiæ adijt.

Ibi ei occurrit Thaleſtris ſiue Minothæa Amazonum regina cũ CCC. millibus mulierum, XXV. dierũ inter infeſtiſſimas gentes, itinere confecto, ex rege liberos quæſitura. Cuius conſpectus aduentusq; admirationi fuit, & propter inſolitum fœminis habitum, & propter expetitum concubitum. Ob hoc triginta

Alij, datis vt viſa eſt.

ginta diebus otio datis, à Rege, vt visa est vterùm implêsse, discessit. Post hæc Alexander habitum regum Persarum, & diadema insolitũ anteà in regibus Macedonicis velut in leges eorum quos vicerat trãsiret, adsumit. Quæ ne inuidiosiùs & in se vno conspiceren tur, amicos quoq; suos longam vestem auream, purpureamq; sumere iubet, vt luxum quoq;, sicuti cultũ imitaretur Persarum.

Secundæ res sapientum animos fatigant.

Pellices regiæ erant CCCLXV. Conuiuiorum satietatem ludus interpellat. Curtius lib. 6.

Inter pellicum regiarum greges, electæ pulchritudinis, nobilitatisq; noctium vices diuidit. His rebus ingentes epularum apparatus adijcit, nè ieiuna & destructa luxuria videretur. Cõuiuium quoq; iuxta regiam magnificentiam ludis exornat, immemor prorsus tantas opes amitti his moribus, non quæri solere. Inter hæc, indignatio omnium totis castris erat, illum à Philippo patre tantùm degenerasse, vt etiam patriæ nomen euitaret, moresq; Persarum adsumeret, quos propter tales mores vicerat. Sed nè solis vitijs eorũ, quos armis subegerat, succubuisse videretur, militibus quoq; suis permisit, si quarum captiuarum cõsuetudine tenerentur, ducere vxores: existimans minorem in patriam reditus cupiditatem futuram, habentibus in castris imaginem quandã larium, ac domesticæ sedis, simul et laborẽ militiæ molliorẽ fore dulcedine vxorum: in supplementa quoq; militum minùs exhaurire posse Macedoniam, si veteranis patribus tyrones succederẽt, militaturi in vallo, in quo nati essent:

constan-

constantioresqúe futuri, si non solùm tyrocinia, verùm etiam incunabula in istis castris posuissent, quæ consuetudo in successores quoque Alexandri mansit. Igitur & alimenta pueris statuta, & instrumenta armorum, equorum quoq; iuuenibus data, & partibus pro numero filiorum præmia statuta. Si quorum patres occidissent, nihilominùs pupilli stipendia patrum trahebãt, quorum pueritia inter varias expeditiones militiæ erat. Itaq; à paruula ætate periculis laboribusq; indurati, inuicti exercitus fuêre: neque castra aliter, quàm patriam: neque pugnam aliud vnquam, quàm victoriam duxêre. Hæc soboles nomen habuit Epigoni. Parthis deinde domitis: præfectus his statuitur, ex nobilissimis Persarum Andragoras, vndè postea originem Parthorum Reges habuerunt. Interea non Alexander regio, sed hostili odio sæuire in suos cœpit.

ἐπίγονοι.

Parmenio annorum LXX. vir militiæ, domique clarus necatur cum filio Philota. De cuius cæde Curtius eleganter & copiosè.

Maximè indignabatur carpi sermonibus suorum, patris Philippi patriæque mores subuertisse. Propter quæ crimina, Parmenion quoque senex dignitate Regi proximus, cum Philota filio, de vtroque prius quæstionibus habitis, interficiuntur. Fremere itaque omnes vniuersis castris cœpêre: innoxij senis filijq; casũ miserantes, interdum se quoque non debere meliùs sperare, dicentes. Quæ cùm nunciata Alexandro essent, verens, ne hæc opinio etiam in Macedoniam diuulga-

vulgaretur, & ne victoriæ gloria, sæuitiæ macula obfuscaretur, simulat se ex amicis quosdam in patriam victoriarum nuncios missurum. Hortatur milites suis scribere, rariorem habituros occasionem propter militiam remotiorē. Datos fasces epistolarum ad se tacitè deferri iubet: ex quibus cognito de singulorum iudicio, in vnam cohortem, eos qui de rege durius opinati fuerant, contribuit, aut consumpturus eos, aut in vltimis terris in colonias distributurus. Alexandri crudelitas.

Arimaspi νομάδες dicti, quòd Cyri exercitum frigore & fame grauiter adfectum, tectis & commeatibus iuuerint.

Inde Dracas, Euergetas, Parymas† Paropamissadas† Hydaspios, cæterosq; populos, qui in radice Caucasi morabantur, subegit. †Parapamenos. †Adaspios Parpammenos.

Bessus datur Oxatri Darij fratri, grauissimo cruciatu dilacerandus. Disphendomena vocant. Plutarchus in vita Alexandri. De supplicij genere, quo Bessus affectus fuerit, variè auctores scribunt.

Intereà vnus ex amicis Darij, Bessus vinctus perducitur, qui regem non solùm prodiderat, verùm etiam interfecerat. Quem in vltionem perfidiæ, excruciandum fratri Darij tradidit: reputans, non tam hostem suum fuisse Darium, quàm amicum eius, à quo esset occisus. Et vt his terris nomen relinqueret, vrbē Alexandriam super amnem Tanaim condidit, intra diem XLII. muro VI. millium passuum consummato, translatis eo trium ciuitatum populis, quas Cyrus condiderat, Alexandria ad Tanaim conditur.

diderat. In Bactrianis quoq; Sodianúq; XII. vrbes condidit: distributis his, quoscunque in exercitu seditiosos habet. His ita gestis, solenni die amicos in conuiuium vocabat. Vbi orta inter ebrios rerum à Philippo gestarũ mentione, præferri se patri ipse, rerumq; suarum magnitudinem extollere cœlo tenus cœpit, assentante maiore conuiuarum parte. Itaque cùm vnus ex senibus, Clytus ductus fiducia amicitiæ regiæ, cuius palmam tenebat memoriam Philippi tueretur, laudaretq́ue eius res gestas, adeò Regem offendit, vt telo à satellite rapto, eundem in conuiuio trucidauerit.

Insigne crudelitatis exemplum in Alexandro, qui Clytum, cuius virtute in pugna ad Granicum seruatus erat, iam senem in conuiuio transfodit. Et est exemplum impotẽtis & immoderati animi in Alexandro. Furor, iraq́uementem præcipitant: Thucidides: Νομίζω δύο τὰ ἐναντιώτατα ἐυβουλίᾳ εἶναι, τάχος, καὶ ὀργήν.

Qua cæde exultans mortuo patrocinium Philippi, laudemq; paternæ militiæ obiectabat. Post, quàm satiatus cæde animus quieuit, & in locum iræ successit existimatio: modò personam occisi, modò causam occidendi considerãs, pigere eum facti cœpit, qu paternas laudes tam iracundè accepisset, quàm nec conuitia debuisset, amicumq; senem & innoxium à se occisum, inter epulas & pocula dolebat. Eodem igitur furore in pœnitentiam, quo pridem in iram versus, mori voluit. Primùm in fletu progressus, amplecti mortuũ, vulnera tractare: & quasi audienti confiteri dementiam,

tiam, arreptū telum in se vertit, peregissetq; facinus, ni amici interuenissent. Mansit hæc voluntas moriendi etiam sequentibus diebus. Accesserat enim ad pœnitentiā nutricis suæ, & sororis Clyti recordatio, cuius absentis eū maximè pudebat, tam fœdā illi alimentorum suorum mercedem redditam, vt in cuius manibus pueritiā egerat, huic iuuenis & victor pro beneficijs funera remitteret. Reputabat deinde, quantum in exercitu suo, quantū apud gentes deuictas fabularum atq; inuidiæ, quantum apud cæteros amicos metum & odium sui fecerit, quàm amarum & triste reddiderit conuiuium suum: nō armatus in acie, quā in conuiuio sedens terribilior. Tunc Parmenio & Philotas, tunc Amyntas cōsobrinus, tunc nouerca, fratresque interfecti, tunc Attalus, Eurylochus, Pausanias, aliiq; Macedoniæ extincti principes occurrebant. Ob hæc illi quatriduò perseuerata inedia est, donec exercitus vniuersi precibus exoratus est, precantis, ne ita mortem vnius doleat, vt vniuersos perdat, quos in vltimam deductos Barbariam, inter infestos & irritatas gentes bello destituat.

Calisthenis & Anaxarchi Philosophorum oratione hunc Alexand. mœrorem esse leuatum, refert Plutarchus.

Multùm profuêre, & Calisthenis philosophi preces, condiscipulatu apud Aristotelem familiaris illi, & tunc ab ipso rege, ad prodenda memoria acta eius accitus. Reuocato igitur ad bellū animo, Chorasinos & Dracas in deditionē accepit. Deinde, quòd primò ex Persico superbiæ regiæ more distulerat, vt omnia

Ambitionis exemplum.

pariter inuidiosiora essent, non salutari, sed adorari se iubet. Acerrimis inter recusantes Calisthenes fuit.

Hic Calisthenes, cùm ab Alexandro in conuiuio Macedonum gesta commendare iuberetur, eorum virtutem tanta eloquentia illustrauit atque euexit, vt conuiuæ omnes magno applausu in eum coronas sparserint.

Quæres & illi, & multis principibus Macedonum exitio fuit. Siquidem sub specie insidiarum omnes interfecti. Retentus tamen à Macedonibus, mos salutandi regis: exposita adoratione. Post hæc Indiam petit, vt Oceano, vltimoq; Oriente finiret imperiũ. Cui gloria, vt etiam exercitus ornamenta conuenirẽt, phaleras equorum & arma militum argẽto inducit: exercitumq; suum ab argenteis clipeis Argyraspidas appellauit. Cùm ad Nysam vrbem veniſſet, oppidanis nõ repugnantibus, fiducia religionis Liberi patris, à quo condita vrbs erat, parci iussit: lætus non militiam tantùm, verùm etiam vestigia se dei secutũ. Tunc ad spectaculum sacri montis duxit exercitũ, naturalibus bonis, vite, hederaq; vestiti, nõ aliter, quàm si manu cultus colentium q; industria exornatus esset. Sed exercitus eius, vbi ad montem accessit, repentino mentis impetu in sacros dei vlulatus instinctus, cum stupore regis sine noxa discurrit, vt intelligeret, nõ tam oppidanis parcẽdo, quã exercitui suo se cõsuluisse. Inde montes Dædalos, regnaq; Cleopidis reginæ petit: quæ cùm se dedidisset, eius concubitu redemptum regnum ab Alexandro recepit, illecebris consecuta, quod armis non

De rebus in India gestis.

Argyraspides.

Nysa à Libero patre condita.

Sacer mons quẽ Merum incolæ appellant.

Curtius.

Cleophis concubitu ab Alexandro regnum obtinuit.

non potuerat: simulq; ab eo genitum Alexandrum nominauit: qui posteà regno Indorũ potitus est. Cleophis regina, propter prostratam pudicitiam, scortum regium exinde appellata est ab Indis. Peragrata India cùm ad saxum miræ magnitudinis & asperitatis, in quod multi populi confugerant, peruenisset, cognouit Herculem ab expugnatione eiusdem saxi terræ motu prohibitum. Captus itaq; cupidine Herculis acta superare, cum summo labore ac periculo potitus Saxo, eius omnes loci gentes in deditionem accepit.

Saxo nomẽ fuit Dorini.

Egregia pugna Pori & Alexandri. Statura fuit quatuor cubitorum & palmæ. Auctor Plutarchus. Ingens clades est ædita ab elephantis Porij, in hoc prælio. Nunc iam victum cùm Alexander interrogasset, quid ita ausus fuisset, belli secum fortunam experiri, respondit. Quòd neminem me fortiorem esse censebam. Rursus cùm sciscitaretur, quomodò sẽ tractari vellet? Pro regia, inquit, dignitate.

Vnus ex regibus Indorum fuit Porus nomine: viribus corporis & animi magnitudine pariter insignis: qui bellum iampridem, audita Alexandri opinione, in aduentum eius parabat. Commisso itaque prælio, exercitum suum inuadere Macedonas iubet: sibi regem eorum priuatum hostem deposcit. Nec Alexander moram pugnæ fecit. Sed prima congressione vulnerato equo, cùm præceps in terram cecidisset, cõcursu satellatum seruatus est. Porus multis vulneribus obrutus capitur, qui victũ se adeò doluit, vt cùm veniã

De Bucephalo Alexandri e-

quo Gellius lib.5. *ab hoste inuenisset, neq; cibum sumere voluerit, neq; vulnera curari passus sit: agreq; sit ab eo obtentum, vt vellet viuere, quem Alexander ob honorem virtutis incolumem in regnum remisit. Duas igitur vrbes condidit, vnam Nicæam, alteram ex nomine equi* †Bucephalam *vocauit. Indè Adrestas* †Strathenos, *Pasidas, Gangaritas.*

†Bucephama.

†Stathenas.

Gangaritarum Pharrasiarum Regem fuisse Agrammen, refert Curtius.

Cæsis eorum exercitibus, expugnat.

Extat pulcherrima apud Q. Curtium Alexandri ad suos milites oratio. Et rursus Pœni, quam militum nomine expeditionem, ad quam contra Gangaritas Rex eos antè fuerat hortatus, deprecatur.

Cùm ad Euphites venisset, vbi cum CC. *millibus hostium equitū operiebantur, omnis exercitus nō minus victoriarum numero, quā laboribus fessus, lachrymis eum deprecatur, vt finem tandem belli faceret: aliquandò patriæ, reditusq; vt eminisset, respiceret militum annos, quibus vix ætas ad reditum sufficeret, ostendere alius canitiem, alius vulnera, alius ætate cōsumpta corpora, alius cicatricibus exhausta. Solos se esse, qui duorum Regum Philippi, Alexandriq; continuam militiam pertulerint. Tandem orare, vt reliquias saltem suis paternis sepulchris reddat, quorum non studijs deficitur, sed annis. At si non militibus, vel ipse sibi parcat, ne fortunam suam nimis onerādo fatiget. Motus his tam iustis precibus, velut in finem victoriæ, castra solito magnificentiora fieri iussit, quorum*

vum molitionibus & hostis terreretur, & posteris admiratio sui relinqueretur. Nullum opus milites latius fecêre. Itaq; cæsis hostibus, cum gratulatione in eadem reuerterunt. Inde Alexander ad amnem Acesinem pergit, & per hunc ad Oceanum deuehitur. Ibi Gesonas, Asybosq;, quos Hercules condidit, in deditionem accepit.

Constituun tur expeditionis Alexandrinæ monumenta.

Diodorus & Curtius Oxydracas & Mallos appellant.

Apud Mallos hanc pugnam factam scribit Plutarchus, qui sunt Indorum pugnacissimi. Vrbs Oxydracarum fuit, Curtius. Insignis Alexandri fortitudo, seu si ita libet, temeritas. ἀλλὰ οὐ πιθανὰ ταῦτα γε.

Hinc ad Ambros & †Sycambros nauigat, quæ gentes eum armatis LXXX. millibus peditum, LX. millibus equitum excipiunt. Cùm prælio victor esset, ad vrbem eorum exercitum ducit. Quam desertam à defensoribus cùm de muro, quem primus ceperat, animaduertisset, in vrbis planitiem sine vllo satellite desilit. Itaq; cùm eum hostes solum conspexissent, clamore edito vndiq; concurrunt, si possent in vno capite orbis bella finire, & vltionem tot gentibus dare. Nec minus Alexander constanter restitit, et vnus aduersus tot millia prælıatur. Incredibile dictu est, vt eũ non multitudo hostium, non magna telorum vi, non tamus laceſſentiũ clamor terruerit, solus tot millia coderet ac fugaret.

†Subarcas malo.

Eleganter & copiosè hæc narrat Curtius.

Auxilio Alexandro venerunt Beuceſtes,

Timeus, Leonatus, & Aristonius. Sagitta fuit duorum cubitorum Q. Curtius.

Vbi verò se obrui multitudine vidit, trunco se, qui propè murum stabat, adplicuit, cuius auxilio tutus, cū diu agmen sustinuisset, tandem cognito periculo eius amici ad eum desiliunt. Ex quibus multi cæsi, prælium q; tamdiu anceps fuit, quóad omnis exercitus muris deiectus in auxilium veniret.

Critobolus medicus hoc vulnus curauit.

† dextro. *In eo prælio sagitta sub † mamma traiectus, cùm sanguinis fluxu deficeret, genu posito tamdiu prælia-tus est, donec eum à quo vulneratus fuerat occideret. Curatio vulneris grauior ipso vulnere fuit. Itaq; ex magna desperatione tandem saluti redditus, Polyperchonta cum exercitu Babyloniam mittit. Ipse cū lectissima manu naues conscendit, & Oceani littora peragrat.*

Obserua, quæ hic de Dioxippo gladiatore refert Curtius. Vrbi nomen fuit Harmata. Sanguine Regi coniunctus erat. Ambigerus. Memiherunt huius historiæ Strabo libr. 15. Curtius 9. Diodorus in Alexandrum.

Cùm venisset ad vrbem Ambigeri regis, oppidani inuictum ferro audiētes, sagittas veneno armāt. Atque ita gemino mortis vulnere hostem à muris submouentes, plurimos interficiunt. Cùm inter multos lataliter vulneratus esset Ptolemæus, moriturusq; iam videretur, per quietē regi monstrata in remedia veneni herba est. Qua in potu accepta, statim periculo

est

est liberatus, maiorq; pars exercitus hoc remedio seruata. Expugnata deinde vrbe reuersus in naues, Oceano libamenta dedit, prosperum in patriã reditum precatus, ac veluti curru circa metam acto positis imperij terminis, qua sinus aui terrarum solitudines prodire passæ sunt, aut mare nauigabile fuit, secundo æstu ostio fluminis Indi inuehitur. Ibi in monumenta rerũ à segestarum, vrbem Barcen condidit, arasq; statuit: relicto ex numero amicorum littoralibus Indis præfecto. Indè iter terrestre facturus, cùm arida loca medij itineris dicerentur, puteos opportunis locis fieri præcepit: quibus ingenti dulci aqua inuenta, Babyloniã redit. Ibi multæ deuictæ gentes præfectos suos accusârunt, quos sine respectu amicitiæ, Alexander in conspectu legatorum necari iussit. Post hæc Darij Regis filiam Statyram in matrimonium recepit. Sed & optimatibus Macedonum lectas ex omnibus gẽtibus nobilissimas virgines tradidit, vt communi facto crimẽ Regis leuaretur. Tunc ad concionem exercitum vocat, & promittit se æs alienũ omnium propria impensa soluturum, vt prædam, præmiaq; integrè domũ ferant. Insignis hæc munificentia non summa tantùm, verùm etiam titulo muneris fuit: nec à debitoribus magis, quàm à creditoribus gratius accepta: quoniam vtrisq; exactio pariter, ac solutio difficilis erat. Tria et viginti millia talentorum in hos sumptus expensa. Dimissis veteranis, exercitum ex iunioribus supplet.

Barce conditur.

Ex his fuere Cleander Sitalces, Agathon, & Eracon, &c.

Alexander Statyrã Darij filiã vxorem ducit.

Susis nuptiæ celebrãtur.

Plutarchus

Exemplum liberalitatis & munificentiæ.

Nouem millium octingentorum ac septuaginta talentorum summam, Plutarchus habet. Veterani dimittun.ur: quorum erant tri-

ginta millia. Seditio militum aduersus Alexandrum promissione.

Sed retenti veteranorum discessum ægrè ferentes, missionem & ipsi flagitabãt, nec annos, sed stipendia sua numerari iubebant, pariter in militia lectos, pariter sacramento solui æquum censentes, nec iam precibus, sed conuitio agebant: iubentes eum solum cum patre suo Hammone finire bella, vt milites suos fastidiat. Contrà, ille nunc castigare milites, nunc lenibus verbis monere, nè gloriosam militiam seditionibus infuscarẽt. Ad postremum, cùm nihil proficeret verbis, ad corripiendos seditionis auctores è tribunali in concionem armatam inermis ipse desilyt. Et nemine prohibente, XIII. correptos manu sua ipse ad supplicia duxit, tantam vel illis moriendi patiẽtiam metus Regis, vel huic exigendi supplicia constantiam disciplina militaris dabat. Indè separatim auxilia Persarum in concionem alloquitur. Laudat perpetuam illorum tum in se, tum in pristinos Reges fidem. Sua in illos beneficia memorat, vt nunquam quasi victos, sed veluti victoriæ socios habuerit. Deniq; se illorum, non illos in gentis suæ morem transisse affinitatibus connubiorum victos, victoribus commiscuisse. Nunc quoque ait, custodiam corporis sui non Macedonibus tantùm se, verùm etiam illis creditурum. Atque ita mille ex his iuuenes in numerum satellitum legit, auxiliorum quoque portionem armatam in disciplinam Macedonum exercitui suo miscet. Quam rem ægrè Macedones tulerunt, iactantes hostes suos in officium suum à Rege subactos. Tunc vniuersi flentes Regem

Alexandri audax facinus.

Oratio Alexandri ad Persas milites.

gem adeunt, orant, vt supplicijs suis saturet se, quàm contumelijs. Qua modestia obtinuerunt, vt XI. millia militum veteranorum exauctoraret. Sed ex amicis dimissi senes Polypercon, Clytos, Gorgias, Polydamas, Antigonas. Dimissus hũ Craterus præponitur, iussus præesse Macedonibus in Antipatri locum, Antipatrumq; cum supplemento Tyronum, in locum eius vocat. Stipendia reuertentibus, veluti militantibus data. Militum exauctoratio.

Per eum responsa Barbaris dabat. Ephæstionis mors. Hunc ita charum habuit Alexander, vt cùm Darij mater eum Alexander salutasset, dixerit Rex. Non aberrasti mater. Nam & hic Alexander est: κτημάτων γὰρ πάντων τιμιώτατον, ἀνὴρ πίλος συνετός τε καὶ ἴσος. Plutarchus decem millia habet.

Cùm hæc aguntur, vnus ex amicis eius Ephæstion decedit, dotibus primò formæ puritiæq;, mox obsequijs Regi percharus, quem contra decus regium Alexander diù luxit: tumulumq; ei duodecim millia talentorum fecit, eumq; post mortem coli, vt Deum iussit. Ab vltimis littoribus Oceani Babyloniã reuertenti nunciatur, legatione Carthaginensium cæterarumque Africæ ciuitatum, sed & Hispaniarum, Siciliæ, Galliæ, Sardiniæ, nonnullas quoq; ex Italia eius aduentum Babyloniæ opperiri. Adeò vniuersum terrarũ orbem nominis eius terror inuaserat, vt cunctæ gentes, veluti destinato sibi Regi, adularentur. Hac igitur ex causa Babyloniam festinanti, velut cõuentum terrarum orbis aduro. ἐπιφώνημα.

Mago

Mago nomen fuit Belephanti. Plutarchus autem scribit, illi Pythagoræ nomen fuisse.

Quidam ex Magis prædixit, nè vrbem introiret, testatus hunc locum ei fatalem fore. Ob hoc omissa Babylonia, in Byrsiam vrbem trans Euphratem desertam olim, concessit. Ibi ab Anaxarcho Philosopho compulsus est, rursum Magorum prædicta contemnere vt falsa, & incerta: & si Fatis constet, ignota mortalibus, ac si naturæ debeantur, immutabilia. Reuersus igitur Babyloniam, multis diebus otio deditis, intermissum olim conuiuium solenniter instituit: totusq; in lætitiam fusus, cum diei noctem conunxisset perui-

†Medicus. *gilem, iam è conuiuio † Medius Thessalus instructa commessatione, & ipsum, & sodales eius inuitat.*

De Alexandri morte habes. Ferunt hoc venenum gelidissimam aquam fuisse, ex Nonacriæ petra sudantem, Plutarchus. Cuius fontem appellat Gurtius, stygos hydor. Antipater insidiarum auctor.

Accepto poculo media potione, repentè veluti telo Alexander confixus ingemuit: elatus è conuiuio semianimis tanto dolore cruciatus est, vt ferrum in remedia poscceret, tactumq; hominum velut vulnera indolesceret. Amici causam morbi, intemperiem ebrietatis disseminauerant. Re autem vera insidiæ fuerunt, quarum infamiam successorum potentia oppressit. Auctor insidiarum Antipater fuit: qui cùm charissimos amicos eius interfectos videret, Alexan-

Lynciſtarũ *drum generum suum ¦ Lynceſtem occisum, se magnis*

rebus

rebus in Græcia gestis, non tam gratum apud Regem, quàm inuidiosum esse: à matre quoque eius Olympiade varijs se criminationibus vexatum. Huc accedebant, ante paucos dies supplicia in præfectos deuictarum nationum crudeliter habita. Ex quibus rebus se quoque à Macedonia, non ad societatem militiæ, sed ad pœnam euocatum arbitrabatur. Igitur ad occupandum Regem Cassandrum filium dato veneno subornat, qui cum fratribus Philippo, & Iolla ministrare regi solebat: cuius veneni tanta vis fuit, vt nõ ære, non ferro, non testa contineretur, nec aliter ferri, nisi in vngula equi potuerit, præmonito filio nè alij, quàm Thessalo & fratribus crederet. Hac igitur ex causa apud Thessalum paratum repetitumq́ue conuiuium est. Philippus & Iollas temperare & prægustare potum Regis soliti in aqua frigida venenum habuerunt, quam prægustatam iam potioni supermiserunt. Quarto die Alexander indubitatam mortem sentiẽs, agnoscere se fatum domus maiorum suorum, ait: Veneni vis.

Fuit Alexandri mater Olympias filia Neoptolemi Regis Molossorum, qui genus à Pyrrho Neoptolemo Achillis filio duxit.

Nam plerosq; Aeacidarum inter trigesimum annum defunctos. Tumultuãtes deinde milites, insidijs perire Regem suspicantes, ipse sedauit, eosq; omnes cùm prolatus in æditissimum vrbis locum esset, ad conspectum suum admisit, osculandamq; dextram suam flentibus porrexit. Cùm lachrymarent omnes, ipse nõ sine lachrymis tantùm, verùm etiam sine vllo tristioris Exemplum constantiæ.

ris mentis argumento fuit: vt quosdam impatientius dolentes cõsolatus sit, quibus dam mandata ad parentes eorum dedit: adeò, sicut in hostem, ita in mortem inuictus animus fuit. Dimissis militibus, amicos circumstantes percontatur, videantúr ne similem sibi reperturi Regem? tacentibus cunctis, tunc ipse, vt hoc nesciat, ita illud scire, vaticinariq; se penè oculis videre dixit, quantum sit in hoc certamine sanguinis fusura Macedonia, quantis cædibus, quo cruore, mortuo si biparentatura. Ad postremum corpus suum in Hammonis templo condi iubet. Cùm deficere eum amici viderent, quærunt, quẽ imperij faciat hæredem: Respondit, dignissimum. Tanta illi magnitudo animi fuit, vt cùm Herculem filiũ, cùm fratrem Aridæum, & cùm Roxanem vxorem prægnantem relinqueret, oblitus necessitudinum dignissimum nuncuparet hæredem. Prorsus quasi nefas esset viro forti, alĩi, quàm virum fortem succedere: aut tãti regni opes alijs, quàm probatis relinqui. Hac voce velũti bellicum inter amicos cecinisset, aut malum discordiæ misisset, ita omnes in æmulationem consurgunt, & ambitione vulgi tacitum fauorem militũ quærunt. Sexto die præclusa voce exemptum digito annulum Perdicæ tradidit, quæ res gliscentem amicorum dissensionem sedauit. Nam etsi non voce nuncupatus hæres iudicio tamen electus esse videbatur. Decessit Alexander mensem vnum: annos tres, & XXX. natus, vir supra humanam potentiam magnitudine animi præditus. Qua nocte eum mater Olympias concepit: visa per quietem est cum ingenti serpente volutari, nec Dei decepta somnio est. Nam profectò

Hæres Alexandri, ἐπιφώνημα. Fuit Roxane Cohortani præfecti cuiusdã filia.

Perdicæ annulum tradidit Alexander.

Alexandri ætas 33. regnauit annis 12. meubus 6.

profectò maius humana mortalitate opus vtero tulit, quàm cùm Aeacidarũ gens ab vltima seculorum memoria, & regnum patris, fratris, mariti, ac deinceps maiorum omnium illustrauerit: nullius tamẽ nomine quàm filij clarior fuit. Prodigia magnitudinis eius in ipso ortu nonnulla apparuerunt. Nam ea die, qua natus est, duæ aquilæ tota die præpetes supra culmẽ domus patris eius sederunt, omen duplicis imperij Europæ, Asiæq; præferentes: eademq; die nuncium pater eius duarum victoriarum accepit, alterius belli Illyrici, alterius certaminis Olympiaci, in quod quadrigarum carrus miserat: quod omen vtriusque terrarum victorias infanti portendebat. Puer acerrimis literarum studijs eruditus fuit.

Aristoteles Alexandri præceptor. Vsus est Alexander præceptoribus quoque, Leonida & Lysimacho, qui se Phœnicem, Alexãdrum Achillem, Philippum verò Pelæum appellare solebat.

Exacta pueritia per quinquennium sub Aristotele doctore inclyto omnium Philosophorum creuit. Accepto deinde imperio, Regem se terrarum omniũ, ac mundi appellari iussit. Tantamq; fiduciam suis militibus fecit, vt illo præsente, nullius hostis arma nec inermes timuerint. Itaq; cum nullo hostium vnquam congressus est, quem non vicerit. Nullam vrbem obsedit, quam non expugnauerit. Nullam gentem adijt, quam non calcauerit. Victus denique est ad postremum, non virtute hostili, sed insidijs suorum, & fraude ciuili.

IVSTI-

Luctus ob mortem Alexandri.

EXtincto in ipso ætatis ac victoriarum flore Alexandro Magno, triste apud omnes, totamq; Babyloniam silentium fuit. Sed nec deuictæ gentes fidem nuncio habuêre: quòd vt inuictum Regem, sic immortalem eum crediderant: recordantes, quoties præsenti morte ereptus esset, quàm sæpè ferro amisso repentè se non sospitem tantùm suis, verùm etiam victorem obtulisset. Vt verò mortis eius fides adfuit, omnes barbaræ gentes paulò antè ab eo deuictæ, non vt hostem eum, sed vt parentem luxerunt. Mater quoque Darij Regis (quam amisso filio, à fastigio tantæ maiestatis in captiuitatem reductam, indulgentia victoris in eam diem vitæ non pœnituerat) audita morte Alexandri, mortem sibi ipsa conscíuit, non quòd hostem filio præferret, sed quod pietatem filij in eo, quem hostem timuerat, experta esset. Contrà, Macedones versa vice non vt ciuem, ac tantæ Maiestatis Regem, verùm vt hostem amisissent, gaudebant, seueritatem nimiã, & assidua belli pericula execrantes. Huc accedebat, quòd principes, regnum, & imperia, vulgus militum, thesauros, & grande pondus auri, velut inopinatam prædam spectabant: illi successionem regni, hi opum ac diuitiarum hæreditatem cogitantes. Erant enim in thesauris C. millia talentorũ, in annuo vectigali tributo C.C.C. millia. Sed nec amici Alexandri frustrà regnum expectabant. Nam eius virtutis erant, ac venerationis, vt singulos reges putares. Quippè ea

Sysigambis mater Darij inedia mortua, quinto postquam mori statuerat, die. Q. Curtius X.

Thesaurus Alexandri.

Alexandri amici quales.

pe ea formæ pulchritudo & proceritas corporis, & virium, ac sapientiæ magnitudo in omnibus fuit, vt qui eos ignoraret, non ex vna gente, sed ex toto terrarum orbe electos iudicaret. Neq; etiam vnquam anteà Macedonia, vel vlla gens aliatam clarorum virorum prouentu floruit, quos primùm Philippus, mox Alexander tanta cura legerat, vt non tam ad societatem belli, quàm in successionem regni electi viderentur.

(Nec mirum, tales enim plerunque sunt ciues, quales principes extiterint, Cicer.) ἐπιφώνημα.

Quis igitur miretur talibus ministris orbem terrarum victum, cùm exercitus Macedonũ à tot, non ducibus, sed regibus regeretur? qui nunquam sibi reperissent pares, si non inter se cõcurrissent: multosq; Macedonia pro vno Alexãdros habuisset, nisi fortuna eos ex æmulatione virtutis in pernitiem mutuam armasset. Cæterùm occiso Alexandro, non vt læti, ita & securi fuêre, omnibus in vnum locum competẽtibus, nec minùs milites inter se timebant: quarum & libertas solutior, et fauor incertus erat. Inter ipsos verò æqualitas discordiam augebat: nemine tãtùm cæteros excedẽte, vt ei aliquis submitteretur. Armati itaq; in regiã coeunt, ad formãdum rerum præsentium statum. Consulta. tio principum de eligendo rege.

Perdica censet Roxanes expectari partum, quæ exacto mense octauo matura iam ex Alexandro erat, & si puerum peperisset, hunc dari successorem patri negat. Perdicæ sententia.

Meleager negat differenda in partus dubios consilia, nec esse expectandum, dum Reges sibi nascerentur: cum iam genitis vti liceret: seu, si puer illis placeat, esse

Hercules Alexandri filius.

Aridæus frater Alexandri.

Ptolemæi sententia.

In Perdicæ sententiam itum est pedib. à principibus.

Infesti hi Perdicæ fuerant. Curtius.

at, esse Pergami filium Alexandri natum ex Arsine nomine Herculem, seu mallent iuuenem, esse in castris fratrem Alexandri, Aridæum comitem: & cunctis non suo tantùm, verùm patris Philippi nomine acceptissimum. Cæterùm Roxanem esse originis Persicæ, nec esse fas, vt Macedonibus ex sanguine eorum, quorum regna deleuerint, Reges constituãtur: quod nec ipsum Alexandrum voluisse dicit. Deniq; morientem nullam de eo mentionem fecisse. Ptolemæus recusat regem Aridæum, non propter maternas modò sordes, quòd ex Larissæo scorto nasceretur, sed etiam propter inualetudinem maiorem, quam patiebatur, ne ille nomen Regis, alius imperium teneret: & melius etiam ex his legi, qui pro virtute regi suo proximi fuerint, qui prouincias regant, quibus bella mandẽtur, quàm sub persona Regis indignorum subijciantur imperio. Vicit Perdicæ sententia, ex consensu vniuersorum. Placuit itaque Roxanes expectari partum: & si puer natus fuisset, tutores Leonatum & Perdicam, Craterum, & Antipatrum constituunt: confestimq; in tutorum obsequia iurant.

Hunc Craterum Alexander φιλοβασιλέα. Hephestionem aũt φιλαλέξανδρον appellare solebat.

Aridæum pedites regem constituunt.

Cùm equites quoq; idem fecissent, pedites indignati nullas sibi consiliorum partes relictas, Aridæum Alexandri fratrem Regem appellant: satellitesq; illi ex tribu sua legunt, & nomine Philippi patris vocari iubent, quæ cum nunciata equitibus essent, legatos ad mitigandum eorum animos, duos ex proceribus.

Atta-

Attalum & Meleagrum mittunt, qui potentiam ex vulgi adulatione quærentes, omissa legatione, militibus consentiunt.

Seditio inter equites & pedites Macedonicos.

Statim & seditio creuit, vbi caput & cōsilium habere cœpit. Tunc ad delendum equitatum, cuncti armati in regiam irrumpunt, quo cognito, equites trepidi ab vrbe discedunt: castrisq́ positis, & ipsi pedites terreri cœperunt. Sed nec procerum inter se odia cessabant. Attalus ad interficiendum Perdicā ducem alterius partis mittit: ad quem armatū & vltrò prouocantem, cùm accedere percussores ausi non fuissent, tanta cōstantia Perdicæ fuit, vt vltrò ad pedites veniret, & in concionem euocatos edoceret, quod facinus molirentur, respicerent, contra quos arma sumpsissent, non illos Persas, sed Macedones: non hostes, sed ciues esse: plerosque etiam cognatos eorum, certè & commilitones eorundem castrorum, & periculorum socios ædituros, deinde egregium hostibus suis spectaculum, vt quorum armis victos se doleant, eorum mutuis cædibus gaudeant: parentaturosqúe sanguine suo manibus hostium à se interfectorum. Hæc cùm pro singulari facundia sua Perdica perorasset, adeò mouit pedites, vt probato consilio eius, dux ab omnibus legeretur. Tum etiam equites, in concordiam reuocati, in Aridæum Regem consentiunt. Seruata est portio regni Alexandri filio si natus esset. Hoc agebant, posito in medio corpore Alexandri, vt maiestas eius testis decretorum esset. His itaq; compositis,

Γνώμη.

Perdicæ cōstantia & oratio ad pedites.

Constituitur communi consensu Rex Aridæus.

Exercitus lustratio.

Macedoniæ & Græciæ Antipater præponitur. Regiæ pecuniæ custodia Cratero traditur: Castrorum exercitus, & rerum curæ Meleagro & Perdiccæ adsignatur: iubeturque Aridæus corpus Alexandri, in Hammonis templum deducere. Tunc Perdicca infensus seditionis auctoribus, repentè, ignaro collega, lustrationem castrorum propter mortem regis in posterum edicit.

Lustrabantur milites cane desciſſa, & ab vtraque parte proiecta. Curt. CCC. ferè sunt supplicio affecti. Curt.

Diuisio imperij inter Principes Alexandri. † Prima.

Posteà, quàm armatum exercitū in campo constituit, consentientib. vniuersis, euocatos dūtaxat de singulis manipulis seditiosos supplicio tradi occultè iubet. Reuersus deinde inter principes prouincias diuisit: simul vt remoueret æmulos & munus imperij, beneficij sui faceret. † Primò Ptolemæo Aegyptus, & Africæ, Arabiæq; pars sorte venit, quem ex gregario milite Alexāder virtutis causa prouexerat: cui ad tradendā prouinciam Cleomenes, qui Alexandriam ædificauerat, datur. Confinem huic prouinciæ Syriam Laomedon Metylenæus, Ciciliam Philotas cum filio, & Illyrios recipiunt. Mediæ maiori Acropatos, Minori Alcetas frater Perdiccæ præponitur. Susiana gens Syno: Phrygia maior Antigono Philippi filio assignatur: Lyciam & Pamphiliam Leerchus: Cariam Cassander: Lydiam Menander sortiuntur. Leonato minor Phrygia euenit. Thracia & regiones Pontici maris Lysimacho, Cappadocia cum Paphlagonia Eumeni datur. Summus castrorum tribunatus Seleuco Antiochi filio

Et Phœnicen.

Quæ Helleſponto adiuncta eſt.

chi filio cesit. Stipatoribus Regis, satellitibusq; Cassander filius Antipatri præficitur. In Bactriana vltiore, & Indi regionibus priores præfecti detenti. Sed res inter amnes duos Hypasphem, & Indum Taxilles habebat. In colonias in Indis conditas, Phyton Agenoris filius mittitur. Parapamenos fines Caucasi montis Axiarches accepit. Dracos & Argæos Statanor: Bactrianos Amyntas sortitur. Sogdianos Scythæus: Nicanor Parthos: Philippus Hyrcanos: Phratafarnes Armenios, Neoptolemus Persas: Peucestes Babylonios, Arthous Pelasgos: Archesilaus Mesopotamiam adepti sunt. Hæc diuisio, cùm velut fatale munus singulis contigisset, ita magna incrementorum materia plurimis fuit. Siquidem non magno pòst tempore quasi regna, nõ præfecturas diuisissent: sic Reges ex præfectis facti, magnas opes non sibi tantùm parauerunt, verùm & posteris reliquerunt. Cùm hæc in Oriente aguntur, in Græcia Athenienses, & Aetoli bellum, quod iam viuo Alexandro mouerant, summis viribus instruebant. Causæ belli erant, quod reuersus ab India Alexander, epistolas in Græciam scripserat, quibus omnium ciuitatum exules, præter cædis damnatos restituebantur: quæ recitatæ præsente vniuersa Græcia in mercatu Olympiaco magnos motus fecerant, quòd plurimi non legibus pulsi patria, sed per factionem principum fuerant: verentibus ijsdem principibus, ne reuocati potentiores in Republica fierent. Palàm igitur iam tunc multæ ciuitates libertatem bello vendicandam fremebant. Principes tamen omnium Athenienses, & Aetoli fuêre. Quod cùm nunciatum

Res Græcorum.

Causæ belli.

ciatum esset Alexandro, mille naues longas socijs imperari præceperat, quibus in occidente bellum gereret, excursurusqúe cum valida manu fuerat ad Athenas delendas. Igitur Athenienses contracto triginta millium militum exercitu, & ducentis nauibus, bellum cum Antipatro, cui Græcia sorte euenerat, gerunt: eumqúe detrectantem, prælium & Heracleæ vrbis mœnibus tuentem se, obsidione cinxerant.

Bellum Athenienſium cum Antipatro.

Demosthenes, cùm priùs acerrimè Harpali causam oppugnasset, quàm XX. ab eo accepisset talenta, altera die, qua rursus agẽdum ea de re erat, lana collo circumuoluta, συνάγχην se pati fingebat.

Tum è populo exclamasse vnum ferunt: Non συνάγχην, sed ἀργυράγχην esse.

Eodem tempore Demosthenes Athenienſis orator pulsus patria, ob crimen accepti ab Harpalo auri, qui crudelitatem Alexandri fugerat, quod ciuitatem in eiusdem Alexandri bellum impelleret, fortè Megaris exulabat: qui cum missum ab Athenienſibus Hyperidem legatum cognouit, qui Peloponnenses in societatem armorum sollicitaret, secutus eum Syciona, Argos & Corinthum, cæteras q3 ciuitates eloquentia sua Athenienſibus iunxit.

Reuocatur ab exilio Demosthenes, vide Plutar.

Ob quod factum, missa ab Athenienſibus obuiam naui, ab exilio reuocatur. Interim in obsidione Antipatri, Leosthenes Dux Athenienſium telo è muris in tran-

transeuntem iacto, occiditur.

Factum est in obsidione Lamiaru m, lutarchus in Demosthene.

Quæ res tantùm animorum Antipatro dedit, vt etiam vallum rescindere auderet. Auxilium deinde à Leonato petit per legatos. Qui cùm venire nunciaretur, cum exercitu obuij ei Athenienses cum instructis copijs fuêre, ibiq; equestri prælio graui vulnere ictus, extinguitur. Antipater tametsi auxilia sua videret deuicta: morte tamen Leonati lætatus est.

Leonatus ab Athenienſibus occiditur. Pugnatum est in Granone, duce Phocione. Plutarchus in vita eiusdem.

Quippe & æmulum sublatum, & vires eius accessisse sibi gratulabatur. Statim igitur exercitu eius recepto, cùm par hostibus etiã prælio videretur solutus obsidione in Macedoniã concessit. Græcorum quoque copiæ, à finibus Græciæ hoste pulso in vrbes dilapsæ sunt. Interea Perdica bello innoxio Ariarathi Regi Cappadocum illato, prælioque victor, nihil præmij præter vulnera, & pericula retulit. Quippe hostes ab acie in vrbem recepti, occisis coniugibus & liberis, domos quisq; suas cum omnibus copijs incenderunt. Eodem congestis etiam opibus, & semetipsos præcipitant, vt nihil hostis victor suarum rerum, præter incendij spectaculum, frueretur. Indè, vt viribus auctoritatem regiam acquireret, ad nuptias Cleopatræ sororis Alexandri Magni, & alterius Alexandri quondam vxoris, non aspernante Olympiade matre eius intendit: sed prius Antipatrum sub affinitatis obtentu capere cupiebat. Itaq; fingit se in matrimoniũ filiam

De Perdica Miserabile facinus Cappadocum.

Perdicæ simulatio.

eius petere, quò facilius ab eo supplementum tyronum ex Macedonia obtineret: quem dolum præsentiente Antipatro, dum duas eodem tempore vxores quærit, neutram obtinuit. Post hæc bellum inter Antigonum, & Perdicam oritur. Antigono Craterus, & Antipater auxiliũ ferebant, qui facta cum Atheniensibus pace Polipercõta Græciæ, & Macedoniæ præponunt. Perdica alienatis rebus, Aridæum & Alexãdri Magni filium in Cappadociam, quorũ cura illi mandata fuerat: de summa belli in consiliũ adhibet. Quibusdam placebat bellum in Macedoniam transferri ad ipsum fontẽ, & caput regni vbi & Olympias esset mater Alexandri, non mediocre momentũ partium, & ciuium fauor propter Alexandri, Philippiq; nomina. Sed in rem visum est ab Aegypto incipere, ne in Macedoniã profectus, Asia à Ptolomæo occuparetur: Eumeni præter prouincias quas acceperat, Paphlagonia & Caria, & Lycia & Phrygia adijciuntur. Ibi Craterum & Antipatrum operiri iubetur. Adiutores ei dantur cum exercitibus suis frater Perdicæ Alcetas, & Neoptolemus. Clyto cura classis traditur: Cilicia Phylotæ adempta, Philoxeno datur. Ipse Perdica Aegyptũ cum ingenti exercitu petit. Sic Macedonia in duas partes discurrẽtibus ducibus in sua viscera armatur, ferrumq; ab hostili bello in ciuilẽ sanguinẽ vertit, exẽplo furentiũ, manus ac membra sua ipsa cæsura. Sed Ptolemæus in Aegypto solerti industria magnas opes parabat. Quippe & Aegyptios insigni moderatione in fauorẽ sui sollicitauerat, et reges finitimos beneficijs, obsequijsq; deuinxerat: terminos quoq; imperij

Bellũ inter Antigonũ & Perdicã. Consultatio de bello.

Principum Alexandri inter se bella.

Ptolomæi Lagi opes & moderatio.

perij acquisita Cyrene vrbe ampliauerat, factusq; iam tantus erat, vt non tam timere hostes, quàm timẽdus ipse hostibus esset. Cyrene autem condita fuit ab Aristæo, cui nomen Battos, propter linguæ obligationem fuit. Huius pater Cyrenus Rex Theræ insulæ, cum ad oraculum Delphos propter dedecus adolescentis filij nondum loquentis Deum deprecaturus venisset, responsum accepit, quo iubebatur filius eius Battus Africam petere, & vrbem Cyrenem condere, vsum linguæ ibi accepturus. De Cyrene vide Strabonem.

Refert idem paulò diuersiùs Herod. in Melpomene. Strabo lib. 17.

Cùm responsum ludibrio simile videretur, propter similitudinẽ Theramenis insulæ, ex qua coloni ad vrbem condendam, in Africam tam longinquæ regionis proficisci iubebantur, res omissa est. Interiecto deindè tempore velut contumaces, ex pestilentia deo parêre compellũtur: quorum tam insignis paucitas fuit, vt vix vnam nauem complerent. Cùm venissent in Africam, pulsus accolis montem Cyram, et propter amœnitatem loci, & propter fontis vbertatẽ occupauêre. Ibi Battus dux eorum linguæ nodis solutis, loqui primùm cœpit, quæ res animos eorum, ex promissis dei iam parte præcepta, in reliquam spem condendæ vrbis accendit.

Λίβυες τὸν βασιλέα βαττον καλέουσι.

Positis igitur castris opinionem veteris fabulæ accipiunt, Cyrenem eximiæ pulchritudinis virginem à Thessaliæ monte Pelio ab Apolline raptam, perlatamque in eiusdem montis iuga, cuius collem occupauerant, Cyrenes fabula.

rant, à deo repletam quatuor pueros peperisse. Nomium, Aristæum, Eutocum, Agæum: missos à patre Hypseo Rege Thessaliæ, qui perquirerent virginem, loci amœnitate captos, in ijsdem terris cum virgine resedisse. Ex his pueris tres adultos in Thessaliam reuersos auita regna cœpisse.

Aristæus inuenit primus apum, mellis, lactis & coaguli vsum.

Aristæum in Arcadia latè regnasse, eumq; primũ, & apum, & mellis vsum, & lactis, et coaguli hominibus tradidisse: solstitialesq; ortus, & syderum, primum inuenisse. Quibus auditis Battus, virginis nomine ex responsis agnito, vrbem Cyrenen condidit. Igitur Ptolemæus huius vrbis auctus viribus, bellum in aduentum Perdiccæ parabat. Sed Perdiccæ plùs odium arrogantiæ, quàm vires hostium nocebant: quem exosi etiam socij ad Antipatrum gregatim confugiebant. Neoptolemeus in auxilium Eumeni relictus, non solùm transfugere, verùm etiam prodere partium exercitum voluit. Quam rem cùm præsensisset Eumenes, cum proditore decernere prælio necesse habuit: victusq; Neoptolemus ad Antipatrum & Polyperconta profugit.

Redit ad historiam.

Arrogantia.

Neoptolemi perfidia.

Craterum, non Polyperconta appellat Plutarchus.

Husq; persuadet, vt continuatis †mansionibus, læto ex victoria & securo fuga sua Eumeni superueniant: Sed res Eumenem nõ latuit. Itaq; insidiæ in insidiatores versæ, et qui securum aggressuros se putabant, securu itinere, & peruigilia noctis fatigatis occursũ est.

†Fortè, trãsitionibus.

Ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κάκιστη. Plutarch. in vita Eumenis.

In eo prælio † Polycerpon occiditur. Neoptolemus quoq; cum Eumene cōgressus, diu mutuis vulneribus acceptis colluctatus est, et in summa victus occumbit. †Poliperchon.

Occisus à Ptolemæo: Orosius. Perdicas in Aegypto per sedltionem occiditur.

Victor igitur duobus prælijs continuis Eumenes, afflictas partes transactione sociorum paululùm sustentauit. Ad postremum tamen Perdica occiso, ab exercitu hostis cū Phytone & Illyrio, & Alceta fratre Perdicæ Rex appellatur, bellumq; aduersus eos Antigono decernitūr.

IVSTINI HISTORICI LIBER XIIII.

Bellum Antigoni Regis Asiæ primi, aduersus Eumenem.

EVmenes, vt Perdicam occisum, se vt hostē, à Macedonibus iudicatum, bellumq; Antigono decretum cognouit, vltrò militibus suis indicauit, nè fama, aut rē in maius extolleret aut militū animos rerū nouitate terreret: simul vt, aut cōtra se animati essent, cognosceret, sumpturus consiliū ex motu vniuersorū. Constanter tamē præfatus est, si cui hæc terrori essent, habere eum discedendi potestatē. Qua voce adeò cunctos in studiū partiū suarū induxit, vt vltrò illū omnes hortarētur, rescissurosq; se ferro decreta Macedonū affirmarēt.

Tunc

Tunc exercitui in Aetoliam promoto, pecunias ciuitatibus imperat: recusantes dare, hostiliter diripit. Indè Sardis profectus est ad Cleopatram sororem Alexandri Magni, vt eius voce centuriones principales q3 cõfirmaret, existimaturos ibi maiestatem regiam verti, vndè soror Alexãdri staret. Tanta veneratio magnitudinis Alexandri erat, vt etiam per vestigia mulierũ fauor sacrati eius nominis quæreretur. Cùm reuersus in castra esset, epistola totis castris abiecta inueniuntur, quibus ijs, qui Eumenis caput ad Antigonũ detulissent, magna præmia deniebãtur. In cognitis Eumenes vocatis ad concionem militibus, primò gratias agit, quod nemo inuentus sit, qui spem cruenti præmij fidei sacramento anteponeret: tamen deindè callidè subnectit confictas à se has epistolas, ad experiendos suorum animos esse. Cæterùm salutem suam in omnium potestate esse: nec Antigonum, nec quẽquam ducum sic velle vincere, vt ille in se exemplum pessimũ statuat. Hoc facto & in præsenti labantium animos deterruit, & in futurũ prouidet, vt si quid simile accidisset, nõ se ab hoste corrũpi, sed à duce tentari milites arbitraretur. Omnes igitur operam suam certatim ad custodiam salutis eius offerunt. Interim Antigonus cũ exercitu superuenit, castrisq3 positis, postera die in aciem procedit. Nec Eumenes moram prælio fecit, qui victus in munitum quoddam castellum confugit. Vbi cùm videret se fortunam obsidionis subiturum, maiorem exercitus partem dimisit: nè aut cõsensu multitudinis hosti traderetur, aut obsidio ipsa multitudine grauaretur. Legatos deindè ad Antipatrum, qui

ἐπιφώνημα.

Exemplum prudentiæ in Eumene.

Castellum Noram appellat Plut.

qui † solus par Antigoni viribus videbatur, supplices mittit, à quo cum auxilia Eumeni missa Antigonus didicisset, ab obsidione recessit. Erat quidem solutus ad tẽpus, metu mortis Eumenes: sed nec salutis, dimisso exercitu, magna spes erat. Omnia igitur circunspicienti optimũ visum est ad Alexandri Magni Argyraspides inuictum exercitum, & tot victoriarum præfulgentem gloria decurrere. Sed Argyraspides post Alexandrum omnes duces fastidiebant: sordidam militiam sub alijs post tanti regis memoriam existimantes. Itaq; Eumenes blandimentis agere, singulos supplici-ter alloqui, nunc cõmilitones suos, nunc suos patronos appellans, periculorum & operum Orientaliũ socios, nunc refugia salutis suæ, & vnica præsidia cõmemorans: solos esse, quorum virtute Oriẽs sit domitus: solos qui militiã Liberi patris, qui Herculis monumenta superauerint: per hos Alexandrum Magnum factum, per hos diuinos honores, & immortalem gloriam consecutum: orat, vt non tam ducem se, quàm cõmilitonẽ recipiant, vnumq; ex corpore suo esse velint. Receptus hac lege, paulatim imperium, primum monendo singulos, mox, quæ perperàm facta erant, blandè corrigendo vsurpat, nihil in castris sine illo agi, nihil administrari sine solertia eius poterat. Ad postremum cùm Antigonum venire cum exercitu esset nunciatũ, compellit eos in aciem descendere. Ibi dum ducis imperia contemnunt, hostium virtute superantur. In eo prælio nõ gloriam tantùm tot bellorum, verùm etiam cum coniugibus et liberis præmia longæ militiæ parta perdiderunt. Sed et Eumenes, qui auctor cladis erat,

† Solùm.

Ἀργυράσπιδες.

Eumenis ab Argyraspides oratio.

Vincitur Eumenes & Argyraspides.

nec

nec aliam ſpem ſalutis reliquã habebat, victos hortabatur. Nam & virtute eos ſuperiores fuiſſe affirmabat. Quippè ab his quinq; millia hoſtium cæſa, & ſi in bello perſtẽt, vltrò hoſtes pacẽ petituros. Damna, quibus ſe putent victos, duo millia mulierũ, & paucos infantes, & ſeruitia eſſe, quæ meliùs vincẽdo poſſint reparare, quàm deſerendo victoriam. Porrò Argyraſpides neq; fugã ſe tẽtaturos dicunt, poſt damna matrimoniorum, & poſt coniuges amiſſas, neq; bellũ geſturos contra liberos ſuos: Vltroq; eum cõuitijs agitant, quòd ſe poſt tot annos emeritorum ſtipẽdiorum redeuntes domum, cum præmijs tot bellorum ab ipſa miſſione, rurſus in nouã militiam immẽſaq; bella reuocauerit, & à laribus quodammodò ſuis, & ab ipſo limite patriæ abductos, inanibus promiſſis deceperit, nũc quoque amiſſis omnibus fœlicis militiæ quæſtibus, nè victos quidem in miſera, et inopi ſenecta quieſcere ſinat. Ignaris deindè ducibus, confeſtim ad Antigonum legatos mittunt, petentes, an ſua reddi iubeat. Is redditurum ſe pollicetur, ſi Eumenẽ ſibi tradant, quibus cognitis, Eumenes cum paucis fugere tẽtauit: ſed retractus deſperatis rebus, cùm concurſus multitudinis factus eſſet, petit, vt poſtremùm ſibi alloqui exercitũ liceret. Iuſſus ab vniuerſis dicere, facto ſilẽtio, laxatiſq́ue vinculis prolatam manum, ſicut erat cathenatus, oſtendit: Cernite milites, inquit, habitum atq; ornamenta ducis veſtri, quæ non hoſtium quiſquam impoſuit. Nam vt hoc etiam ſolatio foret, vos me ex victore victum, vos me ex imperatore captiuum feciſtis. Quater intra hunc annum, in mea verba iureiurãdo obſtricti

Exemplum perfidiæ.

Eumenes capitur à ſuis militibus.

Eumenis capti ad milites oratio.

obstricti estis, & ista mitto (NEQVE ENIM MISEROS CONVITIA DECENT) vnum oro, si propositorum Antigoni in meo capite summa consistit, inter vos me velitis mori. Nã neq; illius interest, quẽadmodum, aut vbi cadam, & ego fuero ignominia mortis liberatus. Hoc si impetro, soluo vos iureiurãdo, quo toties vos sacramẽto mihi denouistis: aut si ipsos pudet roganti vim adhibere. ferrũ huc date, et permittite, quod vos facturos pro imperatore iurastis: Imperatorem pro vobis sine religione iusiurandi facere. Cùm non obtineret, preces in iram vertit. At vos, ait, deuota capita respiciant dij, periuriorum vindices, talesq; vobis exitus dent, quales vos ducibus vestris dedistis. Nempè vos ijdẽ paulò antè, & Perdicæ sanguine estis aspersi, & in Antipatrum eadẽ moliti. Ipsum deniq; Alexandrũ, si fas fuisset eum mortali manu cadere, interempturi: quod maximũ erat, seditionibus agitastis: vltima nunc ego perfidorũ victima, has vobis diras, atq; inferias dico, vt inopes extorresq; omne æuum in hoc castrensi exilio agatis, deuorentq; vos arma vestra, quibus plures vestros quàm hostiũ duces absumpsistis. Plenus deindè iræ, custodes suos præcedere ad Antigoni castra præcepit.

ἐπιφώνημα.

Imprecatio Eumenis in suos milites

Exemplum fortis & cõstantis animi.

Deleti sunt Argyraspides ad vnum omnes, ab Ibircio, iussu Antigoni. Plutarc. in Eumene.

Sequitur exercitus, proditore imperatore suo, et ipse captiuus, triumphumq; de seipso ad victoris sui castra ducit. Omnia auspicia regis Alexandri, & tot bellorũ palmas, laureasq; vnà secum victori tradentes, & nè quid

quid deesset pompæ, elephanti quoque, & auxilia orientalia subsequuntur. Tantò pulchriora hæc Antigono, quàm Alexandro tot victoriæ fuerunt, vt cùm ille Orientem vicerit, hic eos, à quibus Oriens victus fuerit, superauerit. Igitur Antigonus domitores illos orbis exercitui suo diuidit, redditis, quæ in victoria ceperat.

De Eumenis morte, Plutarchus in eiusdem vita.

Eurydice Aridæi regis vxor.

Eumenem verò verecundia prioris amicitiæ in cõspectum suum venire prohibitum, assignari custodibus præcepit. Interea Eurydice vxor Aridæi regis, vt Polyperconta à Græcia redire in Macedoniam cognouit, & ab eo accersitam Olympiada, muliebri æmulatione perculsa, abutens valetudine viri, cuius officia sibi vendicabat, scribit regis nomine Polyperconti, Cassandro exercitum tradat: in quem regni administrationem Rex transtulerit. Eadem & in Asiam Antigono per epistolas nunciat. Quo beneficio deumctus Cassander, nihil non ex arbitrio muliebris audaciæ gessit.

Cassander.

Spartanorum degeneratio & desperatio.

Deindè profectus in Græciam, multis ciuitatibus bellum infert, quarum excidio veluti vicino incẽdio, territi Spartani: vrbem, quam semper armis, nõ muris defenderant, tùm contra responsa fatorum, & veterum maiorum gloriam, armis dissisi, murorũ præsidio includunt. Tantùm eos degenasse à maioribus, vt cùm multis sæculis murus vrbis ciuium virtus fuerit, tunc ciues saluos se fore non existimarint, nisi in

ἐπιφωνημα.

tra

tra muros laterent. Dum hæc agūtur, Cassandrum à Græcia turbatus Macedoniæ status domum reuocauit. Namq; Olympias mater Alexandri Magni Regis, cùm ab Epyro in Macedoniam, prosequente Aeacida Rege Molossorum veniret, prohiberiq; finibus ab Eurydice, & Aridæo rege cœpisset, seu memoria mariti, seu magnitudine filij, et indignitate rei moti Macedones, ad Olympiada trāsiêre, cuius iussu, & Eurydice & Rex occiditur, sex annis post Alexandrum potitus regno. Olympiadis crudelitas.

Aridæus Macedonum rex sex annis cum Euridice vxore occiditur.

Sed nec Olympias diu regnauit. Nam cùm principum passim cædes muliebri magis, quàm regio more feciſſet, fauorem suum in odium vertit. Itaq; audito Cassandri aduentu, diffisa Macedonibus, cū nuro Roxane, & nepote Hercule in † Pictuam vrbem concessit. Proficiscēti Deidamia Aeacide regis filia, et Thessalonicæ priuigna, et ipsa clara Philippi patris nomine multaq; aliæ prircipum matronæ, speciosus magis, quā vtilis grex fuêre comites. Hæc cùm nunciata Cassandro essent, statim citato cursu Pictuam venit, & vrbē obsidione cinxit. Cùm fame ferroq; vrgeretur Olympias, lōga obsidionis tædio, pacta salute victori se tradit. Sed Cassander ad concionē vocato populo, sciscitaturus, quid de Olympiade fieri vellet, subornat parentes interfectorū, qui sumpta lugubri veste crudelitatē mulieris accusarent: à quibus accēsi Macedones sine respectu pristinæ maiestatis occidendam decernunt, immemores prorsus, quòd per filium eius, virumq; Olympiadis fuga. † Pycthium legit Orosius Pyduas alij.

non solùm vitam ipsi inter finitimos tutã habuissent. verùm etiã tantas opes, imperiumq; orbis quæsissent. Sed Olympias, vbi obstinatos venire ad se armatos vidit, veste regali duabus ancillis innixa vltrò obuiã procedit.

Olympiadis mors. Muliebris fortitudo.

Qua visa percussores attoniti, fortuna maiestatis prioris, & tot in eam memoriæ occurrentibus regum suorum nominibus substiterunt, donec à Cassandro missi sunt, qui eam confoderent, non refugientẽ gladium, nec vulnera, aut muliebriter vociferantem, sed virorum more fortiũ, pro gloria veterũ prosapiæ morti succumbentem: vt Alexandrum posses etiam moriente matre conspicere. Insuper expirans, capillis & veste crura cõtexisse fertur, ne quid posset in corpore eius indecorum videri. Post hæc Cassander Thessalonicen regis Aridæi filiam vorem duxit: filium Alexandri cum matre in arcem Amphipolitanam custodiendos mittit.

Cassander Macedoniæ Rex. Thessalonice.

Quos paulò post interfecit, agente Hercule annos XIIII.

IVSTINI HISTORICI
LIBER XVII.

†Polyperchonte. Nouũ principum inter se bellũ.

PErdica, & fratre eius Alceta Eumene, ac †Polyperconte, cæteriq; ducibus diuersa partis occisis, finitimũ certamen inter successores Alexandri Magni videbatur, cũ repentè inter ipsos victores nata discordia. Quippè postulantibus Ptolemæo, & Cassandro, & Lysimacho, vt pecunia in præda capta, prouinciæq; diuiderentur:

rentur: Antigonus negauit se in eius belli prædã socios admissurum, in cuius periculum solus descenderat: et vt honestum aduersus socios bellum susciperе videretur, diuulgat, se Olympiadis mortem à Cassandro interfectæ vlciscі velle: & Alexandri regis sui filium cum matre obsidione Amphipolitana liberare. His cognitis, Ptolemæus, & Cassander inita cũ Lysimacho, et Seleuco societate, bellũ terra mariq; enixò instruebant. Tenebat Ptolemæus Aegyptũ cum Africæ parte maiore, et Cypro & Phœnice: Cassãdro parebat Macedonia cum Græcia: Asiam & partem Orientis occupauerat Antigonus, cuius filius Demetrius, prima belli congressione à Ptolemæo ad Calamam vincitur.

Demetrius Antigoni filius vincitur à Ptolemæo, ad Gazam, vt refert Plut. Exemplum moderatæ victoriæ.

In quo prælio maior Ptolemæi moderationis gloria, quàm ipsius victoria fuit. Si quidem & amicos Demetrij non solùm cùm suis rebus dimisit, verùm etiã additis insuper muneribus honorauit, & ipsius Demetrij priuatum omne instrumentum, ac familiam reddidit, adiecto honore verborum: non se propter prædam, sed propter dignitatem iniisse bellum: indignatum, quod Antigonus deuictis diuersæ factionis ducibus, solus victoriæ communis præmia corripuisset.

Plinius lib. XL. ac XV. Mirum de Abderitis, sedes propter ranarum & murium multitudinem mutare coactis.

Dum hæc aguntur, Cassander ab Apollonia rediẽs

incidit in Abderitas, qui propter ranarum, murium q̃ multitudinem relicto patriæ solo, sedes quærebant, veritus, ne Macedoniam occuparent: facta pactione in societatem eos recepit, agros q̃ in vltimis Macedoniæ finibus adsignat. Deindè ne Hercules Alexãdri filius, qui ferè annos quatuordecim excesserat, fauore paterni nominis in regnum Macedoniæ vocaretur, occidi eum tacitè cum matre Barsine iubet: corpora q̃ eorum terra obrui, ne cædes sepultura proderetur, & quasi parum facinoris in ipso primùm rege, mox in matre eius Olympiade, ac filio admisisset. alterum quoq; filium cum matre Roxane pari fraude interficit, quasi regnum Macedoniæ, quod affectabat, aliter consequi, quàm scelere non posset. Interea Ptolemæus cum Demetrio nauali prælio iteratò congreditur, & amissa classe, hostiq; concessa victoria, in Aegyptum refugit.

Impietas & crudelitas in Cassandro.

Victoria Demetrij ad Cyprum de Ptolemæo. Paucis verò ante diebus Athenas Demetrius à Demetrij Phaleræi tyranni deliberauit.

Demetrius filium Ptolemæi Leuticũ, & fratrem Menelaum, amicos q̃ eius, cum priuati instrumẽti ministerio prouocatus, pari anteà munere Aegyptum remittit. Et, vt appareret, eos nõ odij, sed dignitatis gloria accensos, donis, muneribus q̃ inter ipsa bella cõcedebane. Tantò honestiùs tunc bella gerebantur, quantò nunc amicitiæ coluntur. Hac victoria elatus Antigonus regem se, cum Demetrio filio appellari à populo iubet. Ptolemæus quoq; ne minoris apud suos auctoritatis

floritatis haberetur, Rex ab exercitu cognominatur, quibus auditis, Cassander & Lysimachus, & ipsi regiam sibi maiestatem vendicauerunt.

Regium nomen primùm vsurpatum ab Alexandri principibus.

Huius honoris ornamenta tamdiu omnes abstinuerunt: quamdiu filij regis sui superesse potuerunt. Tanta in iis verecundia fuit, vt cùm opes regias haberent: regum tamẽ nominibus æquo animo caruerint, quóad Alexandro iustus hæres fuit. Sed Ptolemæus, & Cassander, cæteriq; factionis alterius duces, cùm carpi se singulos ab Antigono viderent, dum priuatum singulorum, non commune vniuersorum bellum ducunt, nec auxilium ferre alter alteri volunt, quasi victoria vnus, non omnium foret, per epistolas se inuicẽ confirmantes, tempus, locum coeundi condicunt, bellumq; communibus instruunt. Cui cùm Cassander interesse propter finitimum bellum non posset, Lysimachum cum ingentibus copijs in auxilium socijs mittit. Commune regũ aduersus Antigonum bellũ.

Erat hic Lysimachus illustri quidem Macedoniæ loco natus, sed virtutis experimẽtis omni nobilitate clarior, quæ tãta in illo fuit, vt animi magnitudine, Philosophia ipsa, viriumq; gloria, omnes per quos oriẽs dominatus est, vicerit. Lysimachi laus.

Aliter Plutarchus de morte Calisthenis scribit in Alexandro. Fabulam esse putat Q. Curtius hinc ortam, quòd Lysimachus quondam cùm venaretur in Syria, occiderat eximiæ magnitudinis leonem solus, &c.

Calisthenes. *Quippe cùm Alexander Magnus Calisthenẽ philosophum propter salutationis Persicæ interpellatum morem, insidiarum quod sibi paratæ fuerant conscium fuisse, iratus finxisset, eumq; trũcatis crudeliter membris, abscisisq; auribus ac naso, labijsq;, deforme ac miserandum spectaculum reddidisset, insuper cũ cane in cauea clausum ad metum cæterorũ circũferret, tunc Lysimachus audire Calisthenem, et præcepta ab eo recipere virtutis solitus, miseratus tanti viri, nõ modò culpæ, sed libertatis pœnas pendentis, venenum ei in remedium calamitatum dedit: quòd adeò ægrè Alexãder tulit, vt eum obijci ferocissimo leoni iuberet. Sed cùm ad conspectum eius cõcitus leo impetum fecisset, manum amiculo inuolutum Lysimachus in eius immersis, arreptaq; lingua, feram exanimauit.*

Exemplum crudelitatis.

Exemplum fortitudinis Lysimachi. *Quod cùm nunciatum regi esset, admiratio in satisfactionem cesit, charioremq; eum propter constantiam tantæ virtutis habuit. Lysimachus quoque magno animo regis, veluti parentis, tulit contumeliam. Deniq; omni ex animo huius facti memoria exturbata, posteà in India insectanti regi quosdam palantes hostes, cùm à satellitum turba equi sui celeritate desertus esset, solus ei per immẽsas arenarum moles cursus comes fuit. Quòd idem anteà Philippus frater eius cùm facere voluisset, inter manus regis expirauerat. Sed Lysimachus desiliens equo Alexander hastæ cuspide ita in fronte vulnerauit, vt sanguis aliter claudi non posset, quàm diadema sibi demptum Rex alligandi vulneris causa capiti eius imponeret, quod auspicium primum regalis maiestatis Lysimacho fuit.*

Et post

Et post mortem Alexandri, cùm inter successores Alexandri prouinciæ diuiderentur, ferociſſimæ gentes, quaſi omnium fortiſſimo aſſignatæ ſunt. Adeò etiam conſenſu vniuerſorum palmam virtutis inter cæteros tulit. Priùs quàm bellum inter Ptolemæum, ſociosq; eius aduerſus Antigonum committeretur, repentè ex Aſia maiore digreſſus Seleucus, nouus Antigono hoſtis acceſſerat. Huius quoq; & virtus clara, & origo admirabilis fuit. Siquidem mater eius Laodice, cùm nupta eſſet Antiocho claro inter Philippi duces viro, viſa eſt ſibi per quietē ex concubitu APOLLINIS concepiſſe, grauidamq; factam, munus concubitus annulum à deo accepiſſe: in cuius gemma anchora ſculpta eſſet, iuſſamq; id donum filio, quem peperiſſet, dare. Admirabile fecit hoc viſum & annulus, qui poſtera die eiuſdem ſcripturæ in lecto inuentus eſt, & figuræ ancore, quæ in fœmore Seleuci nata cum ipſo paruulo fuit. Quamobrem Laodice annulum Seleuco, eunti cum Alexandro Magno ad Perſicam militiam, edocto de origine ſua dedit. Vbi poſt mortem Alexandri occupato regno Orientis vrbem condidit. Ibiq; geminæ originis memoriam conſecrauit. Nam & vrbem ex Antiochi patris nomine, Antiochiam vocauit, & campos vicinos vrbi Apollini dicauit. Originis eius argumentum etiam poſteris mānſit.

Thraces & Ponticos intelligit.

Seleuci regis Syriæ origo.

Laodice.

Antiochia conditur.

Ancora naturalis nota Antiochi, & eius nepotum.

Siquidem filij, nepotesq; eius ancoram in fœmore, velut notam generis naturalem habuêre. Multa in Oriēte poſt diuiſionem inter ſocios regni Macedo-

Seleuci gesta.

nici bella gesſit. Principio Babyloniam cœpit. Inde auctis ex victoria viribus, Bactrianos expugnat, transitum, deinde in Indiam fecit, quæ post mortē Alexandri, veluti à ceruicibus iugo seruitutis excusſo, præfectos eius occiderat. Auctor libertatis Sandrocottus fuerat: sed titulum libertatis post victoriam in seruitutem verterat: siquidē occupato regno, populum, quē ab externa dominatione vendicauerat, ipse seruitio premebat. Fuit hic quidē humili genere natus, sed ad regni potestatem maiestate numinis impulsus. Quippe cùm procacitate sua Alexandrum Regem offendisſet, interfici à Rege iussus, salutem pedum celeritate quæsierat. Ex qua fatigatione, cùm somno captus iaceret, leo ingentis formæ ad dormientem accesſit, sudoremq; profluentem linguæ ei detersit, expergefactumq; blandè reliquit. Hoc prodigio primum ad spem regni impulsus, contractis latronibus, Indos ad nouitatem regni sollicitauit: molieti deinde bellū aduersus præfectos Alexandri, elephantus ferus infinitæ magnitudinis vltrò se obtulit, et veluti domita māsuetudine eum tergo excepit: duxq; belli, & præliator insignis fuit. Sic acquisito regno Sandrocottus, ea tempestate, qua Seleucus futuræ magnitudinis fundamenta iaciebat, Indiam possidebat: cum quo facta pactione Seleucus, compositisq; in Oriente rebus, in bellum Antigoni descendit. Adunatis igitur omnium sociorum †copijs, prælium committitur.

Sandrocottus.

Mirum de leone.

Elephantus spōtè se Sandrocotto offert.

†Hæ copiæ conficiebant, LXIIII. M. peditum. equitum X. M. D. elephantos C CCC. currus C. XX. Plutarc. in Demetriū,

Anti-

Antigonus vincitur & occiditur. Plutarch.in vita Demetrij.

In eo Antigonus occiditur: Demetrius filius eius in fugam vertitur. Sed socij profligato hostili bello, denuò in semetipsos arma vertut: & cùm de præda non conuenirent, iterum in duas factiones deducũtur. Seleucus Demetrio.

Duxerat enim Demetrij filiam Stratonicen vxorem Seleucus.

Ptolemæus Lysimacho iungitur: Cassandro defuncto, Philippus filius succedit, sic quasi ex integro, noua Macedoniæ bella nascuntur.

IVSTINI HISTORICI
LIBER XVI.

Impij & crudelis parricidij exemplum. Nam mater à filio necata. Plutcrch.in Demetrij vita.

POST Cassandri Reges, filijq; eius Philippi continuas mortes, Thessalonice regina, vxor Cassandri non magno pòst tempore ab Antipatro filio, cùm vitam etiam per vbera materna deprecaretur, occiditur. Causa πάθος. *parricidij fuit, quòd post mortem mariti in diuisione inter fratres regni propensior fuisse Alexandro videbatur. Quod facinus eò grauius omnibus visum est, quòd nullum maternæ fraudis vestigium fuit: QVANQVAM IN PARRICIDIO NVLLA SATIS IVSTA CAVSA, AD SCELERIS PA-*

TROCINIA PRAETEXI POTEST.

Bellum inter duos fratres, Antipatrum & Alexandrum, filios Cassandri, Pyrrhum auxilio fuisse Alexandro, scribit Plutarchus.

Ob hæc igitur Alexander in vltione maternæ necis gesturus cum patre bellum, auxilium à Demetrio petit. Nec Demetrius, spe inuadendi Macedonici regni, moram fecit: cuius aduentum verens Lysimachus persuadet generi suo Antipeto, vt malit cum fratre in gratiam reuerti, quàm paternum hostem in Macedoniam admitti.

Alexander occiditur à Demetrio, post conuiuium in vrbe Laryssa Thessaliæ, vno quippe die anteuertens Alexandrum, Plutarchus.

Oratio Demetrij ad Macedones, qua cædē excusat.

Inchoatam igitur inter fratres reconciliationem, cùm præsensisset Demetrius, per insidias Alexandrum interficit, occupatoque Macedoniæ regno, cædem apud exercitum excusaturus, in concionem vocat. Ibi priorem se petitum ab Alexandro allegat, nec fecisse se, sed occupasse insidias. Regem autem se Macedoniæ vel ætatis experimentis, vel causis iustiorem esse. Patrem enim suum, & Philippo Regi, & Alexandro Magno socium in omni militia fuisse: Liberorum deinde Alexandri ministrum, & ad persequendos defectores ducem extitisse. Contra, Antipatrum auum horum adolescentum, amariorem semper ministrum

regni,

regni, quàm ipsos Reges fuisse. Cassandrum verò patrem extinctorũ regiæ domus, non fœminis, non pueris pepercisse, nec cessasse, quoad omne stirpem regiæ sobolis deleret. Horum scelerũ vltionem, quia nequisset ab ipso Cassandro exigere, ad liberos eius translatã. Quam obrem etiam Philippum, & Alexandrum (si quis manium sensus est) nõ interfectores suos, ac stirpis suæ, sed vltores eorum, Macedoniæ regnum tenere malle. Per hæc mitigato populo, Rex Macedoniæ appellatur. Lysimachus quoq; cùm bellõ † Dromichetis Regis Thracum premeretur, ne eodem tempore, & aduersus Demetrium dimicare necesse haberet: tradita ei altera parte Macedoniæ, quæ Antipatro eius genero † obuenerat, pacem cum eo fecit.

Demetrius Macedoniæ rex, cognomento πολιορκητὴς.

Doircetis. Dromiches. †Sic Plutarchus legit. alij Doriceris.

†Euenerat.

Regum conspiratio de bello aduersus Demetrium communiter gerendo.

Igitur Demetrius totis Macedoniæ regni viribus instructus, cùm Asiam occupare statuisset, iteratò Ptolemæus, Seleucus, & Lysimachus experti priore certamine, quantæ vires concordiæ essent, pacta societate adunatiq; exercitibus, bellum aduersus Demetrium transferunt in Europam. His comitem se, et belli socium iungit Pyrrhus Rex Epyri: sperans non difficiliùs Demetrium Macedoniam amittere posse, quàm acquisiuerat: nec spes frustrà fuit. Quippe exercitu eius corrupto, ipsoq́ue in fugam acto, regnum Macedoniæ occupârat. Dum hæc aguntur, Lysimachus generum suum Antipatrum, regnũ Macedoniæ ademptum sibi, soceri fraude quærentem interficit: filiamq; suam Eurydicen querelarum sociam in custodiam

Pyrrhus Epyri Rex.

Antipater interficitur.

De Demetrij morte Plutarch. Ptolomæus Lagus moritur.

diam tradit. Atq; ita vniuersa Cassandri domus Alexandro Magno, seu necis ipsius, seu stirpis extinctæ pœnas, partim cæde, partim supplicio luit. Demetrius quoq; à tot exercitibus circumuentus, cùm posset honestè mori, turpiter se dedere Seleuco maluit. Finito bello, Ptolomæus cum magna rerum gestarum gloria moritur. Is contra ius gentium, minimo natu ex filijs, ante infirmitatè regnum tradiderat, eiusq; rei populo rationem reddiderat: cuius non minor fauor in accipiendo, quàm patris in tradendo regnum fuerat. Inter cætera patris, & filij mutuæ pietatis exempla, etiã ea res amorem parem populi tuueni conciliauerat: & pater regno ei publicè tradito, priuatũ officium Regi inter satellites fecerat, omniq; regno pulchrius, Regis esse patrem dixerat. Sed inter Lysimachum, & Pyrrhum Regem socios paulò antè, aduersus Demetriũ, ASSIDVVM INTER PARES DISCORDIA MALVM, bellum mouerat. Victor Lysimachus pulso Pyrrho, Macedoniam occupauerat. Indè Thraciæ, ac deinceps Heracleæ bellum intulerat cuius vrbis, & initia, & exitus mirabiles fuêre. Quippè Bœotijs pestilentia laborantibus, Oraculũ Delphis responderat: Coloniam in Ponti regione sacrã Herculi conderent. Cùm propter metum longæ & periculosæ nauigationis, mortem in patria omnibus præ ptantibus res omissa esset, bellum his Phocenses intulerut. Quorum cùm aduersa prælia paterentur, iterato ad Oraculum decurrunt responsum, idem bello, quod pestilentiæ remedium fore. Igitur conscripta colonorum manu, in Metapontum delati, vrbem Heracleam condiderunt.

Aegypti Rex II. Ptolemæus. Φιλάδελφος.

Bellum Lysimachi & Pyrrhi.

Origo vrbis Heracleæ.

Oraculum.

derunt. Et quoniã fatorum auſpicijs in eas ſedes delati erant, breui pòſt tempore magnas opes parauêre. Multa deinde huius vrbis aduerſus finitimos bella, multa etiam domeſticæ diſſenſionis mala fuêre. Inter cætera magnifica, vel præcipuè illud memorabile fuit. Cùm rerum potirentur Athenienſes, victuſq; Perſis, Græciæ, et Aſiæ tributum in tutelam claſsis deſcripſiſſent, omnibus cupidè ad præſidium ſalutu ſuæ conferentibus, ſoli Heraclienſes, ob amicitiam Regum Perſicorum, collationem abnuerant. Miſſus itaque ab Athenienſibus Malachus cum exercitu ad extorquendum, quod negabatur: dum relictis in littore nauibus, agros Heraclienſiũ populatur, claſſem cũ maiore parte exercitus, naufragio repentinæ tempeſtatis amiſit. Itaque cùm neque mari poſſent amiſſu nauibus, neq; terra auderent cum parua manu, inter tot ferociſſimas gentes reuerti Heraclienſes honeſtiorem beneficij, quàm vltionis occaſionẽ rati, inſtructos commeatibus, auxilijsq; dimittunt, benè agrorum ſuorum† poſtulationem exiſtimantes, ſi quos hoſtes habuerãt, amicos reddidiſſent.

Heraclienſium geſta.

Malachus.

Exemplum conſtantiæ.

Exemplum humanitatis in hoſtes.

† Populationem.

Thucydides σάοις μάλιστα φέρει τὰς πόλεις.

Paſsi ſunt inter plurima mala etiam tyrannidem, ſiquidem cùm plebs etiam nouas tabulas, & diuiſionem agrorum diuitum impotenter flagitaret, diù re in ſenatu tractata, cùm exitus rei non inueniretur, ad poſtremum aduerſus plebem nimio otio laſciuientem, auxilia à Timotheo Athenienſium duce, mox ab Epaminonda Thebanorum petiuere. Vtriſq; negantibus, ad

Epaminondas.

Clearchus. ἐπιφώνημα. Mithridates.

ad Clearchum, quem ipsi in exilium egerant, decurrunt. Tanta calamitatum necessitas fuit, vt cui patriam interdixerant, eum ad tutelã patriæ vocarent. Sed Clearchus exilio facinorosior redditus, & dissensionem populi, occasionem inuadendæ tyrannidis existimãs, primò tacitè cum Mithridate ciuium suorum hoste colloquitur, & inita societate paciscitur, vt reuocatus in patriam, prodita ei vrbe, præfectus eius constitueretur. Posteà autem insidias, quas ciuibus parauerat, in ipsum Mithridatem verterat: Namq; cùm velut arbiter ciuilis discordiæ, de exilio reuersus esset, statuto tempore, quo vrbem Mithridati traderet, ipsum cum amicis suis cepit, captumq; accepta ingenti pecunia, dimisit. Atq; vt in illo subitum se ex socio fecit hostem: sic ex defensione Senatoriæ causæ repentè patronus plebis euasit, & aduersus auctores potentiæ suæ, à quibus reuocatus in patriam, per quos in arce collocatus fuerat, non solùm plebem accendit, verùm etiam nefandissima quæq; tyrannicæ crudelitatis exercuit.

Versipellis & fraudulentus Clearchi animus.

Clearchi tyrannidem affectantis Oratio ad populum.

Igitur populo ad concionem vocato, neq; se affuturum amplius grassanti in populum Senatui, ait: nec interceſſurũ etiam, si in pristina sæuitia perseueret, & si pares se crudelitati Senatorum arbitrarentur, abiturum cum militibus suis, neque ciuilibus discordijs interfuturum. Si verò diffidãt viribus propriis, vindicem se ciuium non defuturum. Proinde consulant sibijpsis, iubeãt abire si malint, vel sociũ causæ popula-

ris re-

viuremanere. His verbis sollicitata plebs summum ad eum imperium defert: & dum Senatus potentiæ irascitur, in seruitutem se tyrannicæ dominationis cum coniugibus, et liberis tradit. Igitur Clearchus LX. Senatores comprehensos (nam cæteri in fugam dilapsi erãt) in vincula compingit. Lætari plebs, quòd à duce potißimùm Senatorum, Senatus deleretur, versáq; vice auxilium eorum in exitium cõuersum esset: quibus dum mortem paßim omnibus minatur, chariora eorum precia facit. Siquidem Clearchus magna pecunia (quasi minis populi occultè eos subtracturus) accepta, spoliatos fortunis vita quoq; spoliauit. Cognito deinde, quod bellum sibi ab ijs, qui profugerant misericordia in auxiliũ sollicitatis ciuitatibus, pararetur, seruos eorum manumittit: & nè quid in afflictis honestißimis domibus deesset, vxores eorum, filiasq; nubere seruis suis, propositã recusantibus morte, compellit: vt eos sibi fidiores, & dominis infestiores redderet. Sed matronis tam lugubres nuptiæ grauiores repentinis funeribus fuêre. Itaq; multæ se ante nuptias, multæ in ipsis nuptijs occisis prius nouis maritis, interficiunt: & se tam funestis calamitatibus, virtute ingenui pudoris eripiunt. Prælium deinde committitur, quo victor tyrannus, captiuos Senatores in triumphi modum per ora ciuium trahit. Reuersus in vrbem alios vincit: torquet alios: alios occidit: nullus locus vrbis à crudelitate tyrannĩ vacat.

Clearchi tyranni sæuitia & crudelitas.

†potißimo

Heraclien. sium matronarum clades.

Demosthenes βασιλεὺς ἡ τύραννος ἅπας, ἐχθρὸς ἐλευθερίᾳ, & νόμοις ἐναντίος. κεραυνός. Sic Græci fulmen vocant.

Accedit

Accedit ſeuitiæ inſolentia: crudelitati arrogãtia. Interdum enim ex ſucceſſu continuæ fœlicitatis, obliuiſcitur ſe hominem: Interdum Iouis filium ſe dicit. Eunti per publicum aurea aquila, velut argumẽtum generis præferebatur: veſte purpurea et cothurnis regum tragicorum, et aurea corona vtebatur: filiũ quoque ſuum Ceraunon vocat. vt Deos nõ mendacio tantùm, verùm etiam nominibus illudat. Hæc illum facere duo nobiliſſimi iuuenes Chion, & Leonides indignantes, patriam liberaturi, in necem tyranni conſpirant. Erãt hi diſcipuli Platonis Philoſophi, qui virtutem, ad quam quotidiè perfectis præceptis magiſtris erudiebantur, patriæ exhibere cupientes, quinquaginta cognatos, veluti clientes in inſidijs locãt. Ipſi more iurgantium ad tyrannum, veluti ad Regem in arcem contendunt, qui iure familiaritatis admiſſi, dum alterum priorem diẽtem intentus audit tyrannus, ab altero occupatur. Sed ipſi, ſocijs tardiùs auxiliũ ferentibus, à ſatellitibus obruuntur. Quare factũ eſt, vt tyrannus quidem occideretur, ſed patria non liberaretur. Nam frater Clearchi Satyrus eadem via tyrannidem inuadit, multúq; annis per gradus ſucceſſionis Heracleenſes ſub regno tyrannorum fuêre.

Chionis & Leonidæ cõſpiratio.

Clearchi cædes.

Satyrus.

IVSTINI HISTORICI

LIBER XVII.

Terræmotus.

EREidem fermè tempus in Helleſponti, & Cherſoneſi regionibus terræmotus fuit maximus. Tantum vrbs Lyſimachia ante duos & viginti annos à Lyſimacho

macho condita euersa est. Quod portentum dira Lysimacho stirpiq3 eius, ac ruinam regni cum clade vexatarum regionū portendebat. Nec ostentis fides defuit. Nam breui pòst tempore Agathoclem filiū suum, quem in successionem regni ordinauerat, per quem multa bella prosperè gesserat, non solùm patrium, verùm etiam humanum vltra morem perosus, ministra Arsyrice nouerca, veneno interfecit. Hæc illi prima malilabes: hoc initium impendentis ruinæ fuit. Nam parricidium principum secutæ cædes sunt, luentium supplicia, quòd occisum iuuenem dolebant. Itaq3 & hi, qui exercitibus præerāt, certatim ad Seleucum deficiebant, eumq3 pronum iam ex æmulatione gloriæ bellum Lysimacho inferre compellunt. Vltimum hoc certamen commilitonum Alexandri fuit, & velut ad exemplum fortunæ par reseruatū, Lysimachus IIII. & LXX. annos natus erat, Seleucus VII. & LXX. Sed in hac ætate vtriq3 animi iuueniles erant: imperiiq3 cupiditatem insatiabilem gerebant. Quippe cùm orbem terrarum duo soli tenerent, angustijs sibimet inclusi videbantur, vitaq3 finē non annorū spatio, sed imperij terminis metiebātur. In eo bello Lysimachus, missis anteà varijs casibus XV. liberis, non instrenuè moriens, postremus domus suæ ruinæ cumulus accessit. Lætus tāta victoria Seleucus, quod maius victoria putabat, solum se de cohorte Alexandri mansisse, victoremq3 victorum extitisse, non humanum opus esse, sed diuinū munus gloriatur: ignarus prorsus, nō multùm pòst fragilitatis humanæ seipsum exemplum futurum.

Agathocles Lysimachi filius veneno necatur.

Vltima pugna inter Alexandri principes.

Lysimachus victus à Seleuco, moritur.

Herod. Κύκλος τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων περιφερόμενος, οὐκ ἐᾷ ἀεὶ τοὺς αὐτοὺς εὐτυχεῖν.

Seleuci mors.

Quippe post menses admodum VII. à Ptolemæo, cuius sororem Lysimachus in matrimonio habuerat, per insidias circumuentus occiditur: regnumq; Macedoniæ, quod Lysimacho eripuerat, cum vita pariter amittit. Igitur Ptolemæus, cum et in gratiam memoriæ magni Ptolemæi patris, & in fauorē vltionis Lysimachi ambitiosus ad populares esset, primò Lysimachi filios conciliare sibi statuit, nuptiasq; Arsinoes sororis suæ matris eorū petit, puerorum adoptione promissa, vt cùm in locū eorum successisset, nihil illi moliri, vel verecundia matris, vel appellatione patris auderent. Fratris quoque Regis Aegyptij concordiam per epistolas deprecatur: professus, deponere se offensam erepti paterni regni: neq; ampliùs à fratre quæsiturum, quod honestiùs à paterno hoste perceperit. Omniq; arte adulatur Eumeni & Antigono Demetrij filys, Antiocho filio Seleuci, cum quibus bellū habiturus erat, ne tertius sibi hostis accederet. Sed nec Pyrrhus Rex Epyri omissus, ingens momentum futurus, vtri parti socios accessisset: qui & ipse spoliare singulos cupiens, omnibus se partibus vendicabat. Itaq; Tarentinis aduersus Romanos laturus auxilium, ab Antigono naues ad exercitum deportandum mutuò petit: ab Antiocho pecuniam, qui opibus, quàm militibus instructior erat: à Ptolemæo, Macedonum militum auxilia.

Ptolemæus. φιλάδελφος.

Arsinoe.

Ptolemæi sollertia.

Pyrrhi aduersus Romanos expeditio.

Anno ab vrbe condita CCCC.LXIIII.

Orosius.

Sed

Sed Ptolem. cui nulla dilationis ex infirmitate vitium venia esset, V. millia peditum, equitum quatuor millia, elephantos L. non amplius, quàm in biennij vsum dedit. Ob hæc Pyrrhus filia Ptolemæi in matrimonium accepta, vindicem eum regni reliquit. Sed quoniam ad Epyri mentionem ventum est, de origine regni eius pauca narranda sunt. Molossorum primum in ea regione regnũ fuit. Pòst Pyrrhus Achillis filius, amisso per absentiam Troianis temporibus paterno regno, in his locis consedit, qui Pyrrhidæ primò, posteà Epirotæ dicti sunt. Sed Pyrrhus, cùm in templum Dodonæi Iouis ad consulendum venisset, ibi Anasam neptem Herculis rapuit, ex cuius matrimonio octo liberos sustulit. Ex his nonnullas virgines nuptum finitimis regibus tradidit, opesq; adfinitatum auxilio magnas parauit.

Epyrotici regni origo. Pyrrhus Achillis filius.

Vergilius: Hic incredibilis rerum fama, occupat aures. Priamiden Helenum Graias regnare per vrbes. Coniugio Aeacidæ Pyrrhi, sceptrisq; potitum, &c. Occiditur autem proditione Macharei sacerdotis, Eusebius.

Atque ita Heleno filio Priami Regis ob industriam singularem vaticinandi, regnum Chaonum, & Andromachen Hectoris, quam & ipse matrimonio suo in diuisione Troianæ prædæ acceperat, vxorẽ reddidit: breuiq; post tempore Delphis, insidijs Orestis filij Agamemnonis, inter altaria Dei interijt. Successor huic Pilades filius fuit. Per ordinẽ deinde regnum ad † Arymbam descendit: cui, quoniam pupillus & vnicus

Pyrrhi successores. Arybas. †Arybam.

vnicus ex gente nobili supereſſet, intentiore omnium cura ſeruandi eius, educandiq; publicè tutores conſtituuntur. Athenas quoque erudiendi gratia miſſus, quantò doctior maioribus ſuis, tantò & gratior populo fuit. Primus itaque & leges, & ſenatum annuoſque magiſtratus & Reipublicæ formã compoſuit, & vt à Pyrrho ſedes, ſic vita cultior populo ab Arymba ſtatuta. Huius filius Neoptolemus fuit, ex quo nata eſt Olympias mater Alexandri Magni, & Alexander, qui poſt eum regnum Epyri tenuit, & in Italia bello geſto, in Brutijs interijt. Poſt eius mortem frater Aeacides regno ſucceſſit, qui aſſiduis aduerſus Macedonas bellorum certaminibus, populum fatigando offenſam ciuium contraxit: ac propterea in exilium actus.

Neoptolemus.
Olympias.
Alexander.
Aeacides.
Pyrrhi pater.
Pyrrhus.

Eſt Pyrrhus ſeruatus ab Androclide Angelo, Plut. in Pyrrhi vita. Ad genua enim deuolutum puerum mox veſtem Regis apprehendiſſe ſcribit Plut.

Pyrrhum filium bimum, admodum paruulum in regno reliquit: qui & ipſe cùm à populo propter odiũ patris ad necem quæreretur, furtim ſubtractus in Illyrios defertur, traditusque eſt Beroæ Glauciæ Regis vxori nutriendus, quæ & ipſa generis Aeacidarum erat. Ibi eum ſeu miſericordia fortunæ eius, ſeu infantilibus blandimentis inductus Rex, aduerſum Caſſandrum Macedoniæ regem, qui eũ belli comminatione depoſcebat, diu protexit, addito in auxiliũ etiam adoptionis officio. Quibus rebus moti Epyrotæ, odio in miſericordiam verſo, annorum XI. eum in regnum reuocaue-

uocauerunt: datis tutoribus, qui regnum vsq; ad adultam eius ætatem tuerentur. Adolescens deinde multa bella gessit, tantusq; rerum successu haberi cœptus est, vt Tarentinos solus aduersus Romanos tueri posse videretur.

IVSTINI HISTORICI
LIBER XVIII.

IGitur Pyrrhus rex Epyri, cum iterata Tarentinorum legatione additis Samnitum & Lucanorum precibus, & ipsis auxilio aduersus Romanos indigentibus, fatigaretur, non tam supplicum precibus, quàm spe inuadendi Italiæ imperij inductus, venturum se cum exercitu pollicetur. In quam rem inclinatum semel animum, præcipitem agere cœperat exemplo maiorum: ne aut inferior patruo suo Alexandro videretur, quo defensore ijdem Tarentini aduersus Brutios vsi fuerant: aut minores animos Magno Alexandro habuisse, qui tam longa à domo militia orientem subegit. Igitur relicto custode regni, filio Ptolemæo annos XV. nato exercitum in portu Tarentino exponit, duobus paruulis filijs Alexandro, & Heleno in solatia longinquæ secum expeditionis adductis. Cuius audito aduentu consul Romanus Valerius Leuinus festinans, vt prius cum eo congrederetur, quàm auxilia sociorum conuenirent, exercitum in aciem deducit. Pyrrhi in Italiam aduentus. Albinum Plutar. vocat.

Plutarchus. Pugnatum est inter Pandosiam & Heracleam vrbem ad Syrim fluuium.

Nam elephantos Italia primùm vidit Pyrrhi bello, Plinius libr.8.cap.6. Victoria hac Pyrrhi, XIII.M. ferunt cæsos ex Epyrotis Plutarchus. Secunda pugna commissa est ad Asculũ vrbem. Tota verò hæc historia copiosè à Plutarcho in Pyrrhi vita describitur.

Nec Rex, tametsi numero militum inferior esset, certamini moram fecit, sed Romanos vincentes iam inusitata antè elephantorum forma stupere primò, mox cædere prælio coegit, victoresq; iam noua Macedonum monstra repentè vicerunt, nec hostibus incruenta victoria fuit. Nam & ipse Pyrrhus grauiter vulneratus est, & magna pars militum eius cæsa, maioremq; gloriam eius victoriæ, quàm lætitiam habuit. Huius pugnæ euẽtum multæ ciuitates secutæ, Pyrrho se tradunt. Inter cæteros etiam Locri prodito præsidio Romano ad Pyrrhum deficiunt. Ex ea præda Pyrrhus CC. captiuos milites gratis Romam misit, vt cognita virtute eius, Romani cognoscerent etiam liberalitatẽ. Interiectis deinde diebus, cùm sociorum exercitus superueniisset, iteratò prælium cum Romanis facit, in quo par fortuna priori bello fuit. Intereà Mago dux Carthaginensium in auxilium Romanorum cum C. XX. nauibus missus Senatum adijt: ægrè tulisse Carthaginenses affirmans, quòd bellum in Italia à peregrino Rege paterẽtur. Ob quam causam missum se, vt quoniam externo hoste oppugnarentur, externis auxilijs iuuarentur. Gratiæ à Senatu Carthaginensibus actæ, auxiliaq; remissa. Sed Mago Punico ingenio, post paucos dies tacitus, quasi pacificator Carthaginensium, Pyrrhum

Auxilia Carthaginensium.

Mago.

Punica fides & ingenium.

Pyrrhũ adijt: ſpeculaturus conſilia eius de Sicilia, quò eum accerſiri fama erat: Nam Romanus eadẽ cauſa mittendi auxilia Carthaginenſibus fuerat, vt Romano bello, ne in Siciliam Pyrrhus tranſire poſſet, in Italia detineretur.

Plutarchus refert Cyneam à Pyrrho de agenda pace ad Romanos miſſum: non Fabricium à Romanis ad Pyrrhum. Obtinuit autem Appius Claudius Cæcus ne fœdus atque pax fieret. Obſerua, quæ hîc de Fabricio narrat Plutarchus.

Dum hæc aguntur, legatus à ſenatu Romano Fabricius Lucinus miſſus, pacem cum Pyrrho compoſuit: ad quam confirmandam, Cyneas Romam cum ingentibus à Pyrrho donis miſſus, neminẽ cuius domus muneribus pateret, inuenit. Huic continentiæ Romanorum ſimile exemplum eiſdem fermè temporibus fuit. Nam miſſa è Senatu in Aegyptum legatione, cùm ingentia ſibi à Ptolemæo rege miſſa munera ſpreuiſſent, interiectis diebus ad cœnam inuitatis aureæ coronæ miſſæ ſunt, quas illi honoris cauſa receptas, poſtera die ſtatuis regis impoſuerunt. Pyrrho traditur Sicilia.

Fuit hic Cyneas Demoſthenis auditor, cuius eloquentia plures vrbes, quàm ſuis armis ſubactas eſſe dicebat Pyrrhus.

Igitur Cyneas, cùm turbatam cum Romanis pacem ab Appio Claudio renunciaſſet, interrogatus à Pyrrho, qualis Roma eſſet: reſpondit, regum vrbẽ ſibi viſam. Poſt hæc legati Siculorum ſuperueniunt, tradentes Pyrrho totius inſulæ imperium, quæ aſſiduis

Carthaginensium bellis vexabatur. Itaq; relicto Locris Alexãdro filio, formatisq; ciuitatibus, valido præsidio, in Siciliam exercitum traiecit. Et quoniam ad Carthaginensium mentionem ventum est, de origine eorum pauca dicenda sunt, repetitis Tyriorum paulò altiùs rebus, quorum casus etiam dolẽdi fuerunt. Tyriorum gens condita à Phœnicibus fuit, qui terræmotu vexati, relicto patriæ solo, Assyrium stagnum primò mox mari proximum littus incoluerunt, condita ibi vrbe, quàm à piscium vbertate, Sidona appellauerũt. Nam pisces Phœnices Sidon vocant. Post multos deinde annos à Rege Ascaloniorum expugnati, nauibus appulsi, Tyron vrbem ante annum Troianæ cladis condiderunt. Ibi Persarum bellis diu varieq; fatigati, victores quidem fuêre, sed attritis viribus, à seruis suis, multitudine abundantibus, indigna supplicia perpessi sunt, qui conspiratione facta, omnem liberum populum cum dominis interficiunt. Atque ita potiti vrbe, lares dominorum occupant: Rempublicam inuadunt: coniuges ducunt, & quod ipsi non erant, liberos procreant. Vnus ex tot millibus seruorum fuit, qui miti ingenio senis domini, paruulique filij eius fortuna moueretur, dominosq; non truci feritate trucidauit, sed pia misericordia, ac humanitate respexit. Itaque, cùm velut occisos alienasset, seruisque de statu Reipublicæ deliberantibus, placuisset Regem ex suo corpore creari, eumq; potissimùm quasi acceptissimũ Dijs, qui Solem orientem primus vidisset, rem ad Stratonem (hoc enim ei nomen erat) dominũ occultè latentẽ detulit. Ab eo informatus, cum medio noctis

De Carthaginensium origine.

Sidon vnde dicta.

Tyrus quando condita.

Cõspiratio seruorum in Tyro in dominos suos.

Rarum exemplum crudelitatis seruorum in dominos.

Strato.

noctis omnes in vnum campū proceſsiſſent, cæteris in Orientem ſpectantibus, ſolus Occidentis regionem intuebatur. Id primùm alijs videri furor, in Occidente Solis ortum quærere. Vbi verò dies aduentare cœpit, æditißimisq; culminibus vrbis, Oriens ſplēdere expectantibus alijs, vt ipſum Solem adſpicerent, hic primus omnibus fulgorem Solis in ſummo faſtigio ciuitatis oſtendit. Nō ſeruilis ingenij ratio viſa, requirentibusq; auctorem, de domino confitetur. Tunc intellectū eſt, quantum ingenua ſeruilibus ingenia præſtarēt, malitiaq; ſeruos, non ſapientia vincere. Igitur venia ſeni, filioq; data eſt: & velut numine quodam reſeruatos arbitrantes, Regem Stratonem creauerunt. Poſt cuius mortem regnum ad filium, ac deindè ad nepotes, tranſit. Celebre hoc ſeruorum facinus, metuendumq; exemplum toto orbe terrarum fuit. Itaque Alexander Magnus, cùm interiecto tēpore in Oriente bellum gereret, velut vltor publicæ ſecuritatis, expugnata eorum vrbe, omnes, qui prælio ſuperfuerāt, ob memoriam veteris cædis crucibus adfixit. Genus tantùm Stratonis inuiolatum ſeruauit, regnūq; ſtirpi eius reſtituit, ingenuis, et innoxijs incolis inſulæ attributis, vt extirpato ſeruili germine, genus vrbis ex integro conderetur. Hoc igitur modo Tirij Alexandri auſpicijs conditi, parſimonia, & labore quærēdi citò conualuēre. Ante cladem dominorum, cùm & opibus et multitudine abundarent, miſſa in Africam iuuentute, Vticam condidēre: cùm interim rex Tyro decedit, filio Pygmalione, & Eliſa filia inſignis formæ virgine hæredibus inſtitutis. Sed populus Pygmalioni admodum puero

Stratonis ſolertia.

Strato Rex creatur.

Alexander vltor crudelitatis ſeruilis.

Vticæ conditio.

Pygmalion & Eliſa.

Hiſtoria Didonis.

puero regnum tradidit. Eliſa quoq; Sichæo auunculo ſuo, ſacerdoti Herculis, qui honos ſecundus à Rege erat, nupſit.

Huic coniunx Sichæus erat ditiſſimus agri Phœnicum. Virgilius.

Huic magnæ, ſed diſſimulatæ opes erant, aurumq; metu regis, nō tectis, ſed terræ crediderat, quam rem, & ſi homines ignorabant, fama tamen loquebatur: qua incenſus Pygmalion, oblitus iuris humani auunculum ſuum, eundemq; generum ſuum, ſine reſpectu pietatis occidit.

Ille Sichæum, Impius ante aras, atque auri cæcus amore, Clàm ferro incautum ſuperat. Vergilius XI. Aeneidos. Hic commota fugam Dido ſocioſque parabat. Conueniunt, quibus aut odiū crudele tyranni, Aut metus acer erat.

Sichæus occiditur.

Eliſa diù fratrem propter ſcelus auerſata, ad poſtremum diſſimulato odio, mitigatoq; interim vultu, fugam tacitè molitur. Aſſumptisq; quibuſdam principibus in ſocietatē, quibus par odium in regem eſſe, eandemq; fugiendi cupiditatem arbitrabatur: Tunc fratrem dolo aggreditur, fingit ſe ad eum migrare velle nè amplius ei mariti domus cupidæ obliuionis, grauem luctus imaginem renouaret, néue vltrà amara admonitio oculis eius occurrat. Non inuitus Pygmalion verba ſororis audiuit, exiſtimans cum ea & aurū Sichæi ad ſe venturū. Sed Eliſa miniſtros migrationis à rege miſſos, nauibus cū opibus ſuis prima veſpera imponit, prouectaq; in altum, compellit eos onera arenæq; pecunia

Viſus enim auget dolorem. Cicero. Didonis aſtus.

cunia inuolucribus inuoluta in mare deijcere. Tunc deflens ipsa lugubriq; voce †Sichæum exorat, vt libēs opes suas recipiat, quas reliquerat: habeatq; inferias, quas habuerat †causa mortis. Tunc ipsos ministros ad greditur: sibi quidem, ait, optatā olim mortē, sed illis acerbos cruciatus, & dira supplicia imminere, qui Sichæi opes, quarum spe parricidium rex fecerit, auaritiæ tyranni subtraxerint. Hoc metu omnibus iniecto, comites fugæ accepit. Iunguntur & Senatorum in ea nocte præparata agmina, atq; ita sacris Herculis, cuius sacerdos †Sichæus fuerat, repetitis, exilio sedes quærunt. Primus illis appulsus terræ Cyprus insula fuit, vbi sacerdos Iouis cum cōiuge, & liberis, dei monitu, comitem se Elysæ, sociūq; fortunæ offert, pactus sibi posteriq; perpetuum honorem sacerdotij. Conditio pro manifesto omine accepta. Mos erat Cyprijs, virgines ante nuptias, statutis diebus dotalem pecuniam quæsituras, in quæstum ad littus maris mittere, pro reliqua pudicitia libamenta Veneri soluturas. Harū igitur ex numero LXXX. admodum virgines rapi, & nauibus imponi Elisa iubet, vt & iuuentus matrimonia, & vrbs sobolem habere posit. Dum hæc aguntur, Pygmalion cognita sororis fuga cùm impio bello fugientem persequi pararet, agrè precibus matris & deorum minis victus, quieuit, cui, cùm inspirati vates cauerent, non impunè laturum, si incrementa vrbis toto orbe auspicatissimæ interpellasset. Et hoc modo spatium respirandi fugientibus datum.

†Sicharbā.

†causam

Didonis funga.

† Sicharbas.

Cyprus

Mos Cypriorum, prostituere virgines ante nuptias.

Didonis in Africam aduentus. Mercatique solùm facti de nomine Byrsam. Tauri-

no

no quantum possent circundare tergo, Vergilius.

Itaq; Elisa delata in Africæ finibus, incolas loci eius, aduentu peregrinorum, mutuarumq; rerum commercio gaudentes, in amicitiam sollicitat. Deindè empto loco, *qui corio bouis tegi posset, in quo fessos lõga nauigatiõe socios, quòad proficiscerentur, reficere posset, corium in tenuissimas partes secari iubet, atq; ita maius loci spatium, quàm petierat, occupat: vndè posteà ei loco Byrsæ nomen fuit. Confluentibus deindè vicinis locorum, qui spe lucri multa hospitibus venalia inferebant, sedesq; ibi statuentibus, ex frequentia hominum velut instar ciuitatis effectum est. Vticensium quoq; legati dona, vt consanguineis attulerunt, hortatiq; sunt, vt vrbem cõderent, vbi sedes sortiti essent. Sed & Afros detinẽdi aduenas amor cepit. Itaque consentientibus omnibus, Carthago conditur, statuto annuo vectigali pro solo vrbis. In primis fundamentis caput bubulum inuentum est, quod auspicium quidẽ fructuosæ terræ, sed laboriosæ, perpetuoq; seruæ vrbis fuit, propter quod in aliũ locum vrbs translata. Ibi quoq; caput equi repertum, bellicosum, potentemq; populum futurum significans, vrbi auspicatam sedem dedit. Tunc ad opinionem nouæ vrbis cõcurrentibus gentibus, breui & populus & ciuitas magna facta est. Cùm successu rerum florentes Carthagimis opes essent, Rex Mauritanorum Hiarbas, decem Pœnorum principibus, ad se accersitis, Elisæ nuptias sub belli denunciatione petit. Quod legati reginæ referre metuentes: Punico cum ea ingenio egerunt, nuncian-*

Carthago conditur.

Bouis & eq. caput augspicium Carthaginis.

Hiarbas Getalorũ regẽ.

Vergil. facit Hiarbam.

Punicum ingenium.

tes

tes regem aliquem poscere, qui cultiores mores, victusq; eum Afrosq; perdoceat: sed quenquam inueniri non posse, qui ad barbaros, & ferarum more venientes transire à cōsanguineis velit. Tunc à regina castigati, si pro salute patriæ asperiorem vitam recusarent, cui etiam ipsa vita, si rex exigat, debeatur. Regis mandata aperuêre dicentes: quæ præcipiat alijs, ipsi facienda esse, si velit vrbi consultū esse. Hoc dolo capta, diu Sichæi viri nomine, cū multis lachrymis, & lamentatione flebili inuocato, ad postremum iuram se, quo sua, & vrbis fata vocarent, respondit. In hoc trium mēsium sumpto spatio, pyra in vltima parte vrbis extructa, velut placatura viri manes, inferiasq; ante nuptias missura, multas hostias cædit, & sumpto gladio pyram conscendit, atq; ita ad populum respiciens, ituram se ad virum, sicut præceperant, dixit, vitamq; gladio finiuit.

Didonis mors. Carthago ante Romam condita annis LXXII. De origine, conditoribus, anno conditionis, mirè variant auctores. Vide Eusebium & Appianum.

Quamdiu Carthago inuicta fuit, pro dea culta est. Condita est vrbs hæc LXXII. annis, antè, quàm Roma. Cuius virtus sicut bello clara fuit, ita domi status varijs discordiarum casibus agitatus est. Cùm inter cætera mala, etiam pestē laborarēt, cruenta sacrorum religione, et scelere pro remedio vsi sunt. Quippè homines, vt victimas immolabāt, et impuberes (quæ ætas, etiam hostium misericordiam prouocat) aris admouebant, pacem deorum sanguine eorum exposcentes,

tes, pro quorum vita dij rogare maximè solent. Itaque aduersis tanto sce lere numinibus, cùm in Sicilia diu infœliciter dimicassent, translato in Sardiniã bello, amissa minore exercitus parte, graui prælio victi sunt. †auersis.

†Mezeum. Orosius habet Machæus Carthaginẽsium imperator exulat. Carthaginenses à suis oppugnantur militibus.

Propter quód ducem suum † Machæum, cuius auspicijs, & Siciliæ partem domuerant, & aduersus Afros magnas res gesserant, cum parte exercitus, quæ superfuerat, exulare iusserunt. Quam rem ægrè ferẽtes milites, legatos Carthaginẽ mittũt, qui reditũ primò veniamq; infœlicis militiæ petant, denuncient, quòd si precibus nequeãt, armis se consecuturos. Cùm preces & minæ legatorum spretæ essent, interiectis diebus conscensis nauibus armati ad vrbem veniunt. Ibi deos hominesq; testati, nõ se expugnatum, sed recuperatum patriam venire, ostensurosq; ciuibus suis, non virtutem sibi priore bello, sed fortunam defuisse. Prohibitis commeatibus, obsessaq; vrbe, in summam desperationem Carthaginenses adduxerunt. Interea Cartalo, Machæi ducis exulis filius, cùm præter castra patris à Tyro, quò decimas Herculis ferre exprædabantur Sicilienses, quam pater eius cœperat, à Carthaginẽsibus missus fuerat, reuerteretur, accersitusq; à patre esset, publicæ se prius religionis officia executurum, quàm priuatæ pietatis, respondit. Quam rẽ etsi ægrè ferret pater, non tamẽ vim afferre religioni ausus est. Interiectis deinde diebus Cartalo, petito commeatu, à Cartalo.

populo

populo, cùm reuersus ad patrem esset, ornatusq; purpura, & infusis sacerdotij, omnium se oculis ingereret, tunc in secreto pater abducto: ait, ausus ne es, nefandissimũ caput, ista purpura, & auro ornatus in cõspectũ tot miserorum ciuium venire? & mœsta ac lugentia castra circumfluentibus quietæ fœlicitatis insignibus velut exultabundus intrare? Nusquàm te alijs iactare potuisti? Nullus locus aptior, quàm sordes patris, & exilij infœlicis ærumnæ fuerunt? Quid, quod paulò antè vocatus, non dico patrem, ducem certè ciuium tuorum superbè spreuisti? Et quid porrò tu in purpura ista, coronisq; aliud, quàm victoriarum mearum titulos geris? Quoniã igitur tu in patre nihil nisi exulis nomen agnoscis, ego quoq; imperatorẽ me magis, quàm patrẽ indicabo, statuamq; in te exemplũ, ne quis post hac infœlicibus miserijs patris illudat, atq; ita cum ornatu suo in altissimam crucem, in conspectu vrbis, affigi iussit.

Exemplum crudelitatis paternæ erga filium. Cartalo filius à patre Machæo cruci affigitur.

Post paucos deinde dies Carthaginem capit, euocatoq; populo, ad cõcionem, exilij iniuriam quæritur, belli necessitatem excusat, contemptumq; victoriarũ suarum punitis auctoribus, miserorum ciuium iniuriosi exilij omnibus se veniam dare dicit. Atq; ita decem senatoribus interfectis, vrbem legibus suis reddidit.

Punita crudelitas seu impietas in Machæo. Acta sunt hæc ferè tempore Cyri regis, Orosius.

Nec

Nec multò post tempore affectati regni accusatus, duplicis, & in filio parricidij, & in patria pœnas dedit. Huic Mago imperator successit, cuius industria, & opes Carthaginẽsium, & imperij fines, & bellicæ gloriæ laudes creuerunt.

IVSTINI HISTORICI LIBER XIX.

Seipsum Mago interfecerat ob rem malè gestam contra Syracusanos: obiquam rem malè gestam in crucem sublatum est corpus mortui, à Carthaginensibus. Plautarchus in vita Timoleonis.

Asdrubal & Amilcar cognomento Barcha.

Mago Carthaginensiũ imperator.

MAGO Carthaginensium imperator, cùm primus omnium ordinata disciplina militari, imperium Pœnorũ cõdidisset, viresq; ciuitatis nõ minus bellandi arte, quã virtute firmasset, defungitur: relictis duobus filijs Asdrubale, & Amilcare, qui per vestigia paternæ virtutis decurrentes, sicuti generi, ita & magnitudini patris successerũt. Iis ducibus Sardiniæ bellum illatũ. Aduersus Afros quoq; vectigal pro solo vrbis multorum annorum repetentes, dimicatũ. Sed Afrorum sicuti causa iustior: ita & fortuna superior fuit, bellumq; cũ his solutione pecuniæ nõ armis finitum. In Sardinia quoque Asdrubal grauiter vulnenatus, imperio Amilcari fratri tradito, interijt: cuius mortem tum luctus ciuitatis

Bella Carthaginensium.

Asdrubal moritur.

Bellum Siciliense.

tatis, tum & dictaturæ vndecim, & triũphi quatuor insignem fecêre. Hostibus quoq; creuêre animi, velut cum duce Pœnorum vires concidissent. Itaq; Siciliæ populus, propter assiduas Carthaginensium iniurias, ad Leonidam fratrem Regis Spartanorum concurrentibus, graue bellum natum, in quo & diu, & varia victoria prælium fuit. Dum hæc aguntur, legati à Dario Persarum rege Carthaginem venerũt, Dari edictũ. afferentes edictum, quo Pœni humanas hostias immolare, & canina carne vesci prohibebantur: mortuorũ corpora cremare potius, quàm terra obruere à Rege iubebantur: petentes simul auxilia aduersus Græcos, quibus illaturus bellum Darius erat. Sed Carthaginenses auxilia negantes, propter assidua finitimorum bella, cæteris, ne per omnia contumaces viderentur, cupidè paruêre.

Miror quid venerit in mentem Iustino, cur Annibalem filiũ Asdrubalis dicat, cùm secus habeant omnes historiæ.

Interea à Amilcar bello Sicilienſi interficitur, relictis tribus filijs, Amilcone, Hannone, Gisgone. Asdrubali quoq; par numerus filiorum fuit. Annibal, & Asdrubal, & Sappho. Per hos res Carthaginensium ea tempestate regebantur. Itaq; & Mauru bellum illatum, & aduersus Numidas pugnatum, & Afri compulsi, stipendium vrbi conditæ Carthaginensibus remittere. Deindè, cum familia tanta imperatorũ grauis liberæ ciuitati esset, omniaq; agerent simul, & iudicarent, C. ex numero Senatoru iudices deligutur, qui reuersis à bello ducibus ratione rerum gestarum

Amilcar occiditur.

Carthaginenſium imperatores.

† Agitarent malim. Amilcari Amilco succedit.

exigerẽt, vt hoc metu, ita bello imperitia† cogitarẽt, vt domi iustitiam, legesq́ respicerent. In Siciliam in locum Amilcaris imperator Amilco succedit, qui cum nauali terrestriq́ bello secunda prælia fecisset, repentè pestilentis syderis vi exercitum amisit.

Carthaginensium exercitus peste perijt.

Descriptio publici luctus.

Quæ res, cùm nunciata Carthagini esset, mœsta ciuitas fuit, omnia vlulatibus non secùs, ac si ipsa vrbs capta esset, personabant: clausæ priuatæ domus, clausa deorũ tẽpla, intermissa omnia sacra, omnia priuata officia damnata. Cuncti deinde ad portum congregantur, egredientesq́ paucos è nauibus, qui cladi superfuerant, de suis percontantur. Vt verò dubia antè spe, & suspenso metu, incerta orbitatis expectatione casus suorum miseris eluxit, tunc toto littore plangentium gemitus, tunc infœlicium matrum vlulatus, & querelæ flebiles audiebantur.

Exemplum miserè affectæ vrbis.

Amilconis imperatoris querela.

ἐπιφώνημα.

Inter hæc procedit inops è naui sua imperator Amilco sordida seruiliq́ tunica discinctus: ad cuius conspectum plangentium agmina iunguntur. Ipse quoq́ manus ad cælum tendẽs, nunc sortem suam, nunc publicam fortunam deflet, nunc deos accusat, qui tanta belli decora, & tot ornamenta victoriarũ, quæ ipsi dederant, abstulerint: qui captis tot vrbibus totiesq́ hostibus terrestri naualiq́ prælio victis, exercitum victorem non bello, sed peste deleuerint. Deferre se tamen ciuibus suis non modica solatia, quòd malis eorum hostes gaudere, non gloriari possent. Quippe neq́ eos, qui mortui sunt à se occisos, neq́ eos, qui reuersi sunt,

à se

à se fugatos posſint dicere. Prædam relictis à se castris abstulerint, non esse talem, quam velut spolium victi hostis ostentent: sed quam possessione vacua fortuitis dominorum mortibus, sicuti caduca occupauerint. Quod ad hostes pertinet, victores se receſsisse: quod ad pestem pertinet, victos. Nihil tamē se grauiùs ferre, quàm quod inter fortissimos viros mori non potuerit: seruatusq; sit, non ad vitæ iucunditatem, sed ad ludibrium calamitatis, quāquam, vbi miseras copiarum reliquias Carthaginem reduxerit, se quoq; secuturum commilitones suos: ostensurumq; patriæ, non ideò se in eam diem vixisse, quoniam velit viuere, sed ne hos, quibus nefanda lues pepercerat, inter hostium exercitus relictos, morte sua proderet. Tali vociferatione per vrbem ingressus, vt ad limina domus suæ venit, prosequutam multitudinem, velut postremo alloquio dimisit, obseratisq; foribus, ac nemine ad se, ne filijs quidem admissis, mortem sibi consciuit. Miserabilis Amilconis exitus.

IVSTINI HISTORICI
LIBER XX.

DIonisius ex Sicilia pulsis Carthaginensibus, occupatoq; totius insulæ imperio, graue otium regno suo periculosamq; desidiā tanti exercitus ratus, copias in Italiā traiecit, simul vt militum vires continuo labore acuerentur, & regni fines proferrētur. Prima illi militia aduersus Græcos, qui proxima Italici maris littora tenebant, fuit: quibus deuictis, finitimos quoq; aggredi- Dionisij senioris gesta.

tur. Omnesq; Græci nominis, Italiam possidentes hosteis sibi destinat: quæ gentes non partem, sed vniuersam fermè Italiam ea tempestate occupauerant. Deniq; multæ vrbes adhuc post tantam vetustatem vestigia Græci moris ostentant. Namq; Thuscorum populi, qui oram inferi maris possident, à Lydia venerũt. Et Venetos, quos incolas superi maris videmus, capta & expugnata Troia Antenore duce misit. Adria quoque Illyrico mari proxima, quæ & Adriatico mari nomen dedit, Græca vrbs est. Et † Apros, quam Diomedes, excisa Ilio, naufragio in ea loca delatus, cõdidit. Sed & Pisæ in Liguribus Græcos auctores habent. Et in Thuscis Tarquinii à Thessalis, & Spinambru, Perusini quoq; originem ab Achæis ducunt. Quid Cere vrbem dicam? Quid Latinos populos? qui ab Aenea cõditi videntur. Iam Falisci, Iapigy, Nolani, Abellani, nonne Carthaginensium coloni sunt? Quid tractus omnes Cãpaniæ? Quid Brutij, Sabiniq;? Quid Samnites? Quid Tarẽtini, quos Lacedæmona profectos, Spuriosq; vocatos accepimus? Thurinorum vrbem condidisse Philoctetem ferunt, ibiq; adhuc monumentũ eius visitur: Et Herculis sagittæ in Apollinis templo, quæ fatum Troiæ fuêre. Metapontini quoq; in templo Minerũæ ferramenta, quibus Epeus, à quo conditi sunt, equũ Troianum fabricauit, ostentant: propter quod omnis illa pars Italiæ maior Græcia appellatur.

† Harpos.

Magna Græcia.

Doli fabricator Epeus.

Bella Italorum inter sese. Et est hic exemplum crudelitatis & impietatis.

Sed principio originum, Metapontini cum Sybaritanis, & Crotonienses ibus pellere cæteros Græcos Italia sta-

lia statuerunt. Cùm primùm vrbem Syriam cepissent, in expugnatione eius L. iuuenes amplexos Mineruæ simulachrum, sacerdotemq; deæ velatum ornamentis inter ipsa altaria trucidauerunt. Ob hoc cùm peste & seditionibus vexarentur, priores Crotoniẽses Delphicum oraculum adierunt. Responsum his est, finem malifore, si violatũ Mineruæ nomen, & interfectorum manes placassent. Itaq; cùm statuas iuuenibus iustæ magnitudinis, & primis Mineruæ fabricare cœpissent, Metapontini cognito oraculo deorum, occupandam † & manium pacem, & deæ rati, iuuenibus modica, & lapidea simulacra ponunt: & deam pacificijs placant. Atq; ita pestis vtrobiq; sedata est, cùm alteri magnificentia, alteri velocitate certassent. Recuperata sanitate, non diu Crotonienses quieuêre. Itaq; indignantes, in oppugnatione Syris auxilium contra se à Locrensibus latum, bellum his intulerunt. Quo metu territi Locrenses, ad Spartanos decurrũt, auxilium supplices deprecãtur. Illi longinqua militia grauati, auxilium à Castore, & Polluce petere eos iubent. Neq; legati sociæ vrbis responsum spreuerunt. Profectiq; in proximum templum, facto sacrificio, auxilium deorum implorant: litatis hostijs, obtentoq; vt rebantur, quod petebant, haud secus læti, quàm si deos ipsos secum aduecturi essent, puluinaria ys in naui componunt, fausticque profectionibus, solatia suis pro auxilijs deportant. Iis cognitis, Crotonienses & ipsi legatos ad oraculum Delphos mittunt, victoriæ facultatem, belliq; prosperos euentus deprecantes, responsum, prius votis hostes, quàm armis vincendos.

Crotonienses.

Metapontini.

† Alij manũ & pacem deæ.

Bellum Crotonienſium cum Locrenſibus.

Castor.

Pollux.

Oraculum. Vota Crotonienſiũ & Locrenſiũ.

dos. Dùm vouiſſent Apollini decimas prædæ, Locrenſes & voto hoſtium, & reſponſo dei cognito, nouas vouerunt, tacitamq; eam rem habuêre, ne votis vincerentur. Itaq; cum in aciem proceſsiſſent, & Crotonienſium. CXX. millia armatorum conſtitiſſent, Locrenſes paucitatem ſuam circunſpicientes (nam ſola XV millia militum habebant) omiſſa ſpe victoriæ, in deſtinatam mortẽ conſpirant: tãtusq; ardor ex deſperatione ſingulos cepit, vt victores ſe putarent, ſi non inulti morerentur. Sed dum mori honeſtè quærunt, fœliciùs vicerunt.

(Deſperatio enim magnum ad honeſtè moriendum incitamentum eſt, Curtius.)

Victoria Locrenſiũ de Crotoniatis.

Augurium.

Nec alia cauſa victoriæ fuit, quàm quod deſperauerunt. Pugnantibus Locris, Aquila ab acie nunquàm receſſit, eosq; tamdiu circumuolauit, quoad vincerẽt. In cornib. quoq; duo iuuenes diuerſo à cæteris armorũ habitu, eximia magnitudine, & albis equis, & coccineis paludamentis pugnare viſi ſunt. Nec vltrà apparuerunt, quàm pugnatũ eſt. Hanc admirationem auxit incredibilis famæ velocitas. Nam eadem die, qua in Italia pugnatum eſt, & Corintho, & Athenis, & Lacedæmone nunciata eſt victoria. Poſt hæc Crotonienſibus nulla virtutis exercitatio, nulla armorũ cura fuit. Oderant enim, quæ infœliciter ſumpſerãt, mutaſſentq; vitam luxuria, ni Pythagoras Philoſophus fuiſſet.

De Pythagora, vide Ciceronem libr. 2. de Oratore: & Liuium 1. ab vrbe condita, Pythagoræ peregrinatio.

Hic

Hic Sami, Demarato locuplete negotiatore natus, magnisq; sapientiæ incrementis formatus, Aegyptum primò, mox Babyloniam, ad perdiscendos syderũ motus, originemq; mundi spectandam, profectus, summam scientiam consecutus erat. Inde regressus Cretam & Lacedæmona ad cognoscendas Minois & Lycurgi inclytas ea tempestate leges, contenderat: quibus omnibus instructus Crotonem venit, populumq; in luxuriam lapsum, auctoritate sua ad vsum frugalitatis reuocauit.

Pythagoræ doctrina apud Crotonienses. Luxuriati, id est, luxuria corrupti.

Laudabat quotidiè virtutem, & vitia luxuriæ cõtemnebat, casusq; ciuitatum hac peste perditarum enumerabat, tãtumq; studium ad frugalitatem multitudinis prouocauit, vt aliquos ex his luxuriatos in optimam frugem conuersos fuisse incredibile videretur. Matronarũ quoq; separatam à viris doctrinam, & puerorum à parẽtibus frequẽter habuit. Docebat nunc has pudicitiam, & obsequia in viros: nunc illos modestiã, & literarum studiũ. Inter hæc, velut GENITRICEM VIRTVTVM FRVGALITATEM, *omnibus ingerebat, consecutusq; assiduitate disputationum erat, vt matronæ auratas vestes, cæteraq; dignitatis suæ ornamenta, velut instrumenta luxuriæ deponerent, eaq; omnia delata in Iunonis ædem ipsi deæ consecrarent, proferens,* VERA ORNAMENTA MATRONARVM PVDICITIAM, NON VESTES ESSE. *Iniuuentutẽ quoq;, quantum profligatum sit, victi fœminarũ con-* Frugalitas.

tumaces animi manifestant. Sed CCC. ex iuuenibus cum sodalitio iure sacramento quodã nexi, separatim à ciuibus cæteris vitam exercerent, quasi cœtum clandestinæ coniurationis haberent, ciuitatem in se cõuerterunt: quæ eos, cùm in vnam domum conuenissent, cremari voluit. In quo tumultu LX. fermè homines periêre, cæteri in exilium profecti.

Pythagoræ mors, vel inedia, vel interfectus à Syracusanis, dum agrum fabacium circuit, Laced.

Pythagoras autem, cùm annos XX. Crotone egisset, Metapontum migrauit, ibiq; decessit: cuius tanta admiratio fuit, vt ex domo eius templum facerent, eumq; pro deo colerent.

Redit ad Dionysium. Vincitur Dionysius à Crotonienſibus.

Igitur Dionysius tyrannus, quẽ suprà à Sicilia exercitum in Italiã traiecisse, bellumq; Græcis intulisse memorauimus, expugnatis Locris, Crotonenses, vix vires longo otio ex prioris belli clade tesumentes aggreditur, qui fortius, cum paucis tanto exercitui eius, quàm anteà, cum tot millibus Locrensiũ potestati restiterunt. Tantũ virtutis paupertas aduersus insolentes diuitias habet, tãtoq; insperata interdum sperata victoria certior est. Sed Dionysiũ gerentem bellũ legati Gallorum, qui paucos ante menses Romã incenderunt, societatem, amicitiamq; petentes adeunt: gentemq; suam inter hostes eius positam esse, magnoq; eius vsui futurũ, vel in acie bellãti, vel de tergo intentis in prælium hostibus adfirmant. Grata legatio

Egregium epiphonema.

Gallorũ legati ad Dionysium.

Gallos Senones intelligit.

Diony-

Dionysio fuit. Ita pacta societate & auxilijs Gallorũ auctus, bellum velut ex integro restaurat.

Cur Italiam inuaserint Galli. In Italiam CC. ante annos migrauerũt Celtæ, quàm vrbs esset incensa. Lib. 5. ab vrbe. Quæ item vrbes à Gallis conditæ.

Iis autem Gallis, causa in Italiam veniendi, sedesq; nouas quærendi intestina discordia, & assiduæ domi dissensiones fuêre: quarum tædio cùm in Italiã venissent, sedibus Thuscos expulerunt, & Mediolanum, Comum, Brixiam, Veronam, Bergomum, Tridentum, Vincentiam condiderunt. Thusci quoq; duce Rheto, auitis sedibus amissis, Alpes occupauêre, & nomine ducis gentem Rhetorum condiderunt. Sed Dionysium in Siciliam aduentus Carthaginẽsium reuocauit, qui recuperato exercitu, bellum, quod lue deseruerant, auctis viribus repetebant.

Hic Dionysius gloriabatur se regnum adamante munitum parasse, quod tamẽ filij ignauia est posteà euersum.

Dux belli Hanno Carthaginensis erat, cuius inimicus Suniator potentissimus, ea tempestate Pœnorũ, cùm odio eius Græcis literis Dionysio aduẽtum exercitus, & segnitiem ducis, familiariter pronunciasset, comprehẽsis epistolis, proditionis damnatur, facto Senatusconsulto, ne quis postea Carthaginẽsis, aut literis Græcis, aut Græco sermoni studeret, nè aut loqui cũ hoste, aut scribere sine interprete posset. Nec multò pòst Dionysius, quem paulò antè non Sicilia, nõ Italia capiebat, assiduis belli certaminibus victus, fractusq; Hanno. Suniator. Edictum Carthaginensium.

ad postremum infidijs suorum interficitur.

IVSTINI HISTORICI LIBER XXI.

Dionysius iunior.

EXtincto in Sicilia Dionysio tyranno, in locum eius milites maximum natu ex filijs eius, nomine Dionysium suffecêre, & maturam ætatem eius sequuti, & quòd firmius esset regnum, si penes vnum remansisset, quàm, si portionibus inter plures filios diuideretur, arbitrabantur.

Reliquerat enim Dionysius, ex duabus vxoribus liberos: Locrina tres & Aristomacha Dionis sorore quatuor. Vide Plutarchum & Diodorum.

Sed Dionysius inter initia regni auunculos fratrũ suorũ, velut æmulos imperij sui, hortatoresq; puerorum ad diuisionem regni tollere gestiebat. Quare paulisper dissimulatum animum prius ad fauorem popularium conciliandum intendit, excusatius facturus,

Dionysii popularis largitio.

quod statuerat, si probatus antè omnibus foret. Igitur nexorum tria millia è carcere dimittit, tributa populo per triennium remittit, & quibuscunque delineamentis potest, animos omnium sollicitat. Tunc ad destinatum facinus conuersus, non cognatos tantùm fratrũ,

Impietatis exemplum.

sed etiam ipsos fratres interficit, vt quibus consortiũ regni debebat, ne spiritus quidem consortij relinqueretur: tyrãnidem in suos prius, quàm in externos auspicatus. Sublatis deinde æmulis, in segnitiem lapsus, saginam corporis ex nimia luxuria, oculorum quoq;

valetu-

valetudinem contraxit, adeò, vt non Solem, non pulueream, non denique splendorem ferre lucis ipsius posset.

Crudelitatis exemplum & tyranni. Dionysio bellũ intulit cum Syracusanis Dion. de quo Plutarc. Demosthenes Philippic. 2. Βασιλεὺς καὶ τύραννος ἅπας ἐχθρὸς ἐλευθερία, καὶ νόμοις ἐναντίος.

Propter quæ, dum contemni se putat, sæuitia grassatur: nec vt pater carcerem nexis, sed cædibus ciuitatem replet: ob quæ non contemptior omnibus, quàm inuisior fuit. Itaque cum bellum aduersus eum Syracusani decreuissent, diù dubitauit, an imperium deponeret, an bello resisteret, sed à militibus prædam, vrbique direptionem sperantibus, descendere in prælium cogitur. Victus cùm iterato non fœlicius fortunam tentâsset, legatos ad Syracusanos mittit, spondens se depositurum tyrannidem, si mitterent ad eum, cum quibus de pace cõueniret. In quã rem missos primores in carcere retinet, atque ita incautis omnibus, nec quidquam hostile metuentibus, exercitum ad delendam ciuitatem mittit.

Dionysij fuga ex Syracusis. Tyranni scelera νόμοι τε κινᾶ πάτρια, καὶ βιᾶται γυναῖκας κτείνει τε ἀκρίτους. Vide Otonis orationem in Herodoto libro tertio contra Tyrannidem.

Est igitur in illa vrbe anceps prælium, in quo, oppidanis multitudine superantibus, Dionysius pellitur, qui cùm obsidionem arcis timeret, cum omni regio apparatu in Italiam profugit tacitus. Exul à Locrensibus

crensibus socijs acceptus, velut iure regnaret, arcem occupat, solitamq; ibi sæuitiam exercet. Cõiuges principum ad stuprum rapi iubebat, virgines ante nuptias abducebat, stupratasq; †sponsis reddebat. Locupletissimos quoq;, aut ciuitate pellebat, aut occidi imperabat, bonaq; eorum inuadebat. Deinde cùm rapinæ occasio deesset, vniuersam ciuitatem callido commento circumuenit. Cùm Rheginorum tyranni Leophronis bello Locrenses premerentur, vouerunt, si victores forent, vt die festo Veneris, virgines suas prostituerent. Quo voto intermisso, cùm aduersa bella cum Lucanis gererent, in concionem eos Dionysius vocat, hortatur, vt vxores, filiasq; suas in templum Veneris, quàm possint ornatissimas mittant. Ex quibus fortè centum ductæ voto publico fungantur, religionisq; gratia vno stent in lupanari mense, omnibus antè iuratis viris: nè quis vllã attaminet: Quæres, ne virginibus voto ciuitatem soluentibus fraudi esset, decretum facerent, nè qua virgo nuberet prius, quàm illæ maritis traderentur. Probato cõsilio, quo & superstitioni & pudicitiæ virginum consulebatur, certatim omnes fœminæ impensius exornatæ, in Templũ Veneris conueniunt, quas omnes Dionysius militibus spoliat, ornamentaq; matronarum in prædam suam vertit. Quarũdam viros ditiores interficit, quasdam ad prodẽdas virorum pecunias torquet. Cùm his artibus per annos sex regnasset, conspiratione Locrorum ciuitate pulsus, in Siciliã redit. Ibi Syracusas, securis omnibus, post longam intercapedinem pacis, per proditionem recepit. Dum hæc in Sicilia geruntur, interim in Africa

†procis. Turpe Locrensium votum.

Crudelitas Dionysij. Potitur Syracusis rursus Dionysius.

De rebus Carthaginensium.

Africa princeps Carthaginensium Hanno opes suas, quibus Reipub. superabat vires, ad occupādam dominationem intendit, regnumq; inuadere interfecto Senatu conatus est. Cui sceleri solennem nuptiarum diem filiæ suæ legit, vt religione votorum nefanda committeret, & nefanda commenta facilius tegerentur. Itaq; plebi epulas in publicis porticibus, Senatui in domo sua parat, vt poculis veneno infectu, secretius Senatū, & sine arbitris interficeret, orbamq; Rempub. facilius inuaderet. Quare Magistratibus per ministros prodita, scelus declinatum, non vindicatum est, nè in viro tam potenti, plus negotij faceret res cognita, quàm cogitata. Contenti itaq; cohibuisse decreto, modum nuptiarum sumptibus statuunt: idq; obseruari non ab vno, sed ab vniuersis iubent, nè persona designata, sed vitia correpta viderentur. Hoc cōsilio præuentus, iterum seruitia concitat, statutaq; rursus cædium die, cùm denuo se proditum videret, timens iudicium, munitum quoddam castellū cum viginti millibus seruorum armatis occupat. Ibi dum Afros, regemq; Mauritanorum concitat, capitur: virgisq; cæsus, effossis oculis, & manibus, cruribusq; fractis, velut à singulis membris pœnæ exigerentur, in conspectu populi occiditur: corpus verberibus lacerum in cruce figitur. Filij quoq; cognatiq; omnes etiam innoxij supplicio traduntur, nè quisquam ad imitādum facinus, aut ad mortem vltiscendam ex tam nefaria domo superesset.

Hannonis impium & nefandum scelus.

Herodotus: τῶν μεγάλων ἐργμάτων μεγάλα ἔστι καὶ τίμωρίαι παρὰ τῶν θεῶν. Tiino-

leonti

leonti & se & aream Dionysius tradit. vide Diodorum & Plutarchum.

Intereà Dionysius Syracusis receptus, cùm grauior crudeliorq; indies ciuitati esset, iterata conspiratione obsidetur. Tunc deposito imperio, arcem Syracusanis cum exercitu tradidit, receptoq; priuato instrumento, Corinthum in exilium proficiscitur. Ibi humillima quæq; tutissima existimans, in sordidissimum vitæ genus descendit. Non contentus in publico vagari, sed potare: nec conspici in popinis, lupanaribusq;, sed totis diebus† desidere. Cum perditissimo quoq; de minimis rebus disceptare, pannosusq; & squalidus incedere, risum libentiùs præbere, quàm captare: in macello perstare: quæ emere non poterat, oculis deuorare, apud ædiles aduersus leones iurgari, omniaq; ita facere, vt contemnendus magis, quàm metuendus videretur.

Mirum variantis fortunæ exemplum.

†residere. nulla tyrannis perpetua.

Διονύσιος τότε τῶ ἐρωτῶν ἐπὶ χλεύῃ, τὸ τῆς πλάτωνως ἀπολαύσθε σοφίας: μετ' οὖν σοί, ἔφης οὐδὲν δοκοῦμεν ὑπὸ πλάτωνος ὀφελεῖσθε τηλικαύτης οὕτω πράως φέροντες βίου μεταβολὴν.

Ludum Corynthi aperuit Dionysius, Cicero nono epistolarum.

Nouissimè se ludimagistrum professus, pueros in triuio docebat, vt aut à timentibus semper in publico videretur, aut à nõ timentibus faciliùs contemneretur. Nam licet† tyrannicis vitijs semper† abundaret: tamen simulatio hæc vitiorum. non naturæ erat, magisq; hæc arte, quã amisso regali pudore faciebat, expertus, quàm inuisa tyrannorum forent etiam sine

†tyranni.
†abundant.

opibus

opibus nomina. Laborabat itaq; inuidiam præteritorum contemptu præsentium demere, neq; honesta, sed tuta consilia circunspiciebat. Inter has tamẽ dissimulationis artes ter insimulatus est affectatæ tyrannidis: nec aliter, quantũ contẽnitur, liberatus est. Inter hæc Carthaginenses tanto successu rerum Alexandri Magni exterriti, vertẽtes, ne Persico regno, & Africam vellet adiungere, mittunt ad speculãdos eius animos Amilcarem cognomento Rhodanum, virũ solertia facundiaq; præter cæteros insignẽ. Augebant enim metum, & Tyrus vrbs auctor originis suæ capta, & Alexãdria æmula Carthaginis in terminis Africæ & Aegypti condita, & fœlicitas Regis, apud quem nec cupiditas, nec fortuna vllo modo terminabantur. Igitur Amilcar per Parmenionem aditu Regis obtento, profugisse se ad Regem expulsum patria fingit, militemq; se expeditionis offert. Atque ita consilijs eius exploratis, in tabellis ligneis, desuper cæra vacuatis, cuibus suis omnia perscribebat. Sed Carthaginenses post mortem Regis reuersum in patriam quasi vrbem Regi vendidisset, non ingrato tantùm, verùm etiam & crudeli animo necauerunt.

De Carthaginensium rebus.

Amilcar Rhodanus.

Exemplum ingratitudinis.

IVSTINI HISTORICI

LIBER XXII.

AGATHOCLES Siciliæ tyrannus qui magnitudini prioris Dionysij successit, ad regni maiestatem ex humili & sordido genere peruenit. Quippe in Sicilia patre figulo natus, nõ honestiorẽ pueritiam, quàm principia origi-

Agathocles Siciliæ tyrannus ex patre figulo natus.

Mors Agathoclis.

originis habuit. Siquidem forma, et corporis pulchritudine egregius, diù vitam stupri patientia exhibuit.

Pulchrum extat de hoc Agathocle apud Ausonium epigramma.

Annos deindè pubertatis egressus, libidinē à viris ad fœminas transtulit: Post hæc apud vtrunq; sexum famosus, vitam latrocinijs mutauit. Interiecto tempore, cùm Syracusas conceßisset, accitusq; in ciuitatem inter incolas esset, diù sine fide fuit: quoniam nec in fortunis quod amitteret, nec in verecundia, quod inquinaret, habere videbatur. In summa gregariā militiam sortitus, non minus tunc seditiosa, quàm anteà turpi vita in omne facinus promptißimus erat. Nam & manu strenuus, & concionibus perfacundus habebatur. Breui itaq; centurio, ac deinceps tribunus militum factus est. Primo bello aduersus Aetnæos magna experimenta sui Syracusanis dedit, sequenti Campanorum, tantam de se spem omnibus fecit, vt in locum demortui ducis Damasconis sufficeretur, cuius vxorem adulterio cognitam post mortē viri in matrimonium recepit. Nec contentus, quod ex inope repentè dives factus esset, piraticam aduersus patriam exercuit. Saluti ei fuit, quòd socij capti, tortiq; de illo negauerunt. Bis occupare imperiū Syracusanorum voluit: bis in exiliū actus est. A Murgantinis, apud quos exulabat, odio Syracusanorum primò Prætor, mox dux creatur in eo bello: & vrbem Leontinorū capit, & vrbem Syracusas obsidere cœpit: ad cuius auxiliū Amilcar dux Pœnorum imploratus, depositis hostilibus odijs, præsidia militum mittit. Ita vno & eodem tempo-

Agathoclis descriptio.

Agathocles tribunus militum creatur.

Agathoclis gesta.

Agathocles obsidet Syracusas.

tempore Syracusæ & ab hoste ciuili amore defensæ, et à ciue hostili odio impugnatæ sunt. Sed Agathocles, cùm videret fortiùs defendi vrbē, quàm oppugnari, precibus per internuncium Amilcarem exorat, vt inter se, et Syracusanos pacis arbitria suscipiat, peculiaria in ipsum officia sui repromittens: qua spe impletus Amilcar, societatem cum eo metu potētiæ eius iungit, vt quantùm virium Agathocli aduersus Syracusanos dedisset, tantum ipse ad incrementa domesticæ potentiæ recuperaret. Igitur non pax tantū Agathocli conciliatur, verùm etiam prætor Syracusis constituitur. Tunc Amilcari expositis ignibus cæreis, tactuq; in obsequia Pœnorum iurat. Deinde acceptis ab eo quinq; millibus Afrorum, potentissimos quosque ex principibus interficit: atq; ita veluti Reipublicæ statū formaturus, populū in theatrum ad concionē vocari iubet, cōtracto in gymnasio Senatu: quasi quædam prius ordinaturus. Sic cōpositis rebus immissis militibus populum obsidet, Senatū trucidat: huius peracta cæde, ex plebe locupletissimos, & promptissimos quosq; interficit. Iis ita gestis, militem legit, exercitumq; conscribit: quo instructus finitimas ciuitates, nihil hostile metuentes, ex improuiso aggreditur. Pœnorum quoque socios, permittente Amilcare, fœdè iniurijs vexat. Propter quod querelas Carthaginem socij non tam de Agathocle, quàm de Amilcare detulerūt, hunc vt dominum & tyrannum: illum, vt proditorem arguentes, à quo infœstissimo hosti, fortunæ sociorū, interposita pactione donatæ sint: cui ab initio Syracusæ in pignus societatis sint traditæ. Vrbs semper Pœnis infesta,

Prætor Syracusis constituitur Agathocles Tyrannus.

Cædes ab Agathocle paratæ.

Amilcar.

& de imperio Siciliæ Carthaginis æmula, nunc insuper ciuitates sociorum eidem pacis titulo traditæ sint. Denunciare igitur se, hæc breui ad ipsos redundatura, ac propediem sensuros, quantum mali non Siciliæ magis, quàm ipsi Africæ attulerint. His querelis Senatus in Amilcarem accēditur. Sed quoniam in imperio esset, tacita de eo suffragia tulerunt, & sentētias, prius, quàm recitarentur, in vrnam conjectas, obsignari iusserunt, donec alter Amilcar Gisgonis filius à Sicilia reuerteretur. Sed hæc callidæ commenta Pœnorum, & sentētias inauditas, mors Amilcaris præuenit, liberatusq; est fati munere: quem sua per iniuriam ciues inauditam damnauerant. Quæres Agathocli aduersus Pœnos occasionem mouendi belli dedit. Prima igitur cum Amilcare Gisgonis filio prælij congressio fuit. A quo victus, maiori mole reparaturus bellum, Syracusas concessit. Sed secūdi certaminis eadem fortuna, quæ & prioris fuit. Cùm igitur victores Pœni, Syracusas obsidione cinxissent, Agathoclesq; se, nec viribus parem, neq; ad obsidionem ferendam instructum videret, super hæc à socijs crudelitate eius offensis, desertus esset, statuit bellum in Africam transferre, mira prorsus audacia, vt quibus in solo vrbis suæ par non erat, eorum vrbi bellum inferret: & qui sua tueri nō poterat, impugnaret aliena, victusq; victoribus insultaret. Huius consilij non minùs admirabile silentium, quàm commentum fuit, populo hoc solùm professus, inuenisse se victoriæ viam: animos illi tantùm in breuem obsidionis patientiam firmarent, vel si cui status præsentis fortunæ displiceret, dare se ei discedēdi liberam

Amilcar moritur. † propter.

Bellum Agathoclis cum Carthaginensibus.

Bis vincitur Agathocles.

Agathoclis audacia.

ram potestatem. Cùm mille sexcenti discessissent, cæteros ad obsidionis necessitatem frumento, & stipendio instruit, quinquaginta tantùm secum talenta ad præsentem vsum affert, cætera ex hoste melius, quàm ex socijs paraturus. Omnes deinde seruos militaris ætatis libertate donatos sacramento adegit, eosq; & maiorem partem fermè militum nauibus imponit, ratus, exæquata vtriusq; ordinis conditione, mutuā inter eos virtutis æmulationem futuram: cæteros omnes ad tutelam patriæ reliquit. Septimo igitur imperij anno, comitibus duobus adultis filijs Archagatho, & Heraclida nullo militum sciente, quo veherētur, cursum in Africam dirigit. Cùm omnes aut in Italiam prædatum se, aut in Sardiniam ituros crederent, tum primò expositio in Africæ littore exercitu, consilium suum omnibus aperit.

Transfert bellum è Sicilia in Africam.

Agathocles oppressus.

Agathoclis oratio ad milites hortatoria. Propositio à periculo.

Quo in loco Syracusæ positæ sint, ostendit, quibus aliud nullū auxilium superesset, quàm vt hostibus faciant, quæ ipsi paterentur. Quippe aliter domi, aliter foris bella tractari. Domi ea sola auxilia esse, quæ patriæ vires submiſtrent, foris hostem etiam suis viribus vinci deficientibus socijs, & odio diuturni imperij externa auxilia circunspicientibus. Huc accedere, quod vrbes, castellaq; Africæ non muris cinctæ, non in montibus positæ sint, sed in planis campis, sine vllis munimentis, iaceant, quas omnes metu excidij facilè ad belli societatem perduci posse. Maius igitur Carthaginēsibus ex ipsa Africa, quàm ex Sicilia exarsurum

ἀιτιολογία propositionis.

A facili & opportuno.

bellum coiturąq; auxilia omnium aduersus vnam vrbem, nomine, quàm opibus ampliorem: & quas nõ attulerit vires, inde sumpturum. Nec in repentino Pœnorum metu modicum momentum victoriæ fore, qui tanta audacia hostium perculsi trepidaturi sint. Accessura & villarum incendia, castellorum, vrbiumq; contumacium direptionẽ, tum ipsius Carthaginis obsidionem. Quibus omnibus non sibi tantùm in alios, sed & alijs in se sentiant patêre bella. His non solùm Pœnos vinci, sed & Siciliam liberari posse. Nec enim moraturos in eius obsidione hostes, cùm sua vrgeantur. Nusquam igitur alibi facilius bellũ, sed nec prædam vberiorem inueniri posse. Nam capta Carthagine, omnem Africam, Siciliamq; præmium victorum fore. Gloriam certè tam honestæ militiæ in omne æuũ futuram, † vt determinari nullo tempore obliuionis possit, vt dicatur eos solos mortalium esse, qui bella, quæ domi ferre non poterant, ad hostes transtulerint, vltroq; victores insecuti sint, & obsessores vrbis suæ obsederint. Omnibus igitur forti ac læto animo bellum ineundum, quo nullum aliud posset, aut præmium victoribus vberius, aut victis monimentum illustrius dari. His quidem adhortationibus animi militum erigebãtur, sed terrebat eos portẽti visio, quòd nauigantibus eis sol defecerat. Cuius rei rationem non minore cura Rex, quàm belli reddebat, adfirmans, si priùs, quàm proficiscerẽtur, factũ esset, credi aduersum profecturos prodigium esse: nunc quia egressis acciderit, illis ad quos eatur, portẽdere: Porrò defectus naturalium syderum semper præsentem statum mutare, certumq;

Abhonesto. Abvtili & præmijs.

Gloria. †Forte obliuio.

Peroratio à præmijs & gloria.

Solis defectus. Prodigij interpretatio.

tumq; esse florentibus Carthaginensibus opibus, aduersisq; rebus suis commutationem significari.

Secutus est Alexrndrum Magnum, qui naues ex Asia domum remittebat, vt omnem fugiendi spem militibus præcideret. Et est egregia atque mirabilis victoria Agathoclis de Carthaginensibus. Duos tantùm misit è suis Agathocles. Orosius Agathoclis successus.

Sic consolatis militibus, vniuersas naues, consentiente exercitu, incendi iubet, vt omnes scirent, auxilio fugæ adempto, aut vincendum aut moriendum esse. Deindè, cùm omnia, quacunque ingrederentur, prosternerent villas, castellaq; incenderent, obuius his fuit cum XXX. millibus Pœnorum Hanno dux, & prælio commisso duo de Siculis, tria millia de Pœnis cum ipso duce cecidêre. Hac victoria & Siculorum animi eriguntur, & Pœnorum franguntur. Agathocles victis hostibus vrbes castellaq; expugnat, prædas ingentes agit: hostium multa millia trucidat. Castra deinde in quinto lapide à Carthagine statuit: vt damna charissimarum rerum vastitatemq; agrorum & incendia villarum de muris ipsius vrbis specularentur. Interea ingens tota Africa deleti Pœnorum exercitus fama, occupatarumque vrbium diuulgatur. Stupor itaque omnes, & admiratio incessit, vndè tanto imperio tam subitum bellum, præsertim ab hoste iam victo? Admiratio deinde paulatim in contemptum Pœnorum vertitur. Nec multò post non Africa tantùm, verumetiam vrbes nobilissimæ nouitatem secutæ, ad Agathoclem defecêre, frumentoq;

Defectio Afrorum ad Agathoclem.

Vincuntur in Sicilia quoq; Pœni.

toq;, & stipendio victorem adiuuêre. His Pœnorũ malis, etiam deletus in Sicilia cum Imperatore exercitus, velut quidam ærumnarum cumulus accessit. Nam post profectionem à Sicilia Agathoclis, in obsidione Syracusarum, Pœni segniores redditi, ab † Antandro fratre Regis Agathoclis occisione cõsi nunciabantur. Itaq; cùm domi foriſq; eadem fortuna Carthaginensium esset, iam non tributariæ tantùm ab his vrbes, verùm etiam socij Reges deficiebant, AMICITIARVM IVRA, NON FIDE, SED SVCCESSV PONDERANTES.

† Andronẽ appellat Orosius.

Xenophon: τὸ μὲν ἐν ταῖς ἐυπραξίαις πιστοὺς φαίνεσθαι οὐδὲν θαυμαστόν· ὅταν δ' τινες ἐν συμφοραῖς γενομένοις φίλοις βέβαιοι διαμένωσι, τοῦτ' εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον μνημονεύεται.

Erat inter cæteros Rex Cyrenarum Ophellas, qui spe improba regnum totius Africæ amplexus, societatem cum Agathocle per legatos iunxerat, pactusq; cũ eo fuerat, vt Siciliæ illi, sibi Africæ imperium, victis Carthaginensibus cederet.

Ophellam Cyrenarum Regem occidit Agathocles.

Itaq; cum ad belli societatem cum ingenti exercitu ipse veniſſet, Agathocles blando alloquio, & humili adulatione, cùm sæpius simul cœnassent, quia filius eius ab Ophella adoptatus esset, incautũ eũ interfecit, occupato exercitu eius, iteratò Carthaginẽses omnibus viribus bellum † cientes, magno vtriusq; exercitus sanguine graui prælio superat. Hoc certaminis discrimine tanta desperatio illata Pœnis est, vt nisi

† struentes.

in

in exercitu Agathoclis orta seditio esset, transiturus ad eum Bomilcar, dux Pœnorum, cum exercitu fuerit. Ob quam noxiam in medio foro à Pœnis patibulo suffixus est: vt idem locus monumentum supplicium eius esset, qui ornamentum antè fuerat honorum. Sed Bomilcar magno animo crudelitatem ciuium tulit, adeò, vt de summa cruce, veluti de tribunali in Pœnorum scelera concionaretur: obiectans illis nunc Hannonem fasa adfectati regni inuidia circumuentū, nūc Gisgonis innocentis exilium: nunc in Amilcarē patruū suum tacita suffragia, quod Agathoclem socium illis facere, quàm hostem maluerit. Hæc cùm maxima populi concione vociferatus esset, expirauit. Interea Agathocles profligatis in Africa rebus, tradito Archagatho filio exercitu, in Siciliam recurrit. Nihil factum in Africa existimās, si amplius Syracusæ obsiderentur. Nam post occisum Amilcarem Gisgonis filiū nouus eò à Pœnis missus exercitus fuerat.

Noua Carthaginensium clades. Bomilcar cruci affigitur.

Agathocles in Siciliam reuersus, totius insulæ imperium occupat.

Statim igitur primo aduentu eius omnes Siciliæ vrbes, auditis rebus, quas in Africa gesserat, certatim se ei tradunt, atq; ita pulsis è Sicilia Pœnis, totius insulæ imperium occupauit. In Africam deinde reuersus seditione militum excipitur. Nam stipendiorum solutio in aduentum patris dilata à filio fuerat. Igitur ad concionē vocatos blandis verbis permulsit: stipendia illis non à se flagitanda esse, sed ab hoste quærēda, communē victoriam, communē prædam futurā. Paulùm modo anniterentur, dum belli reliquiæ peragantur,

gantur, cùm sciant Carthaginem captam, spes omnium expleturam. Sedato militari tumultu interiectis diebus, ad castra hostium exercitum ducit. Ibi inconsultus prælium committendo, maiorem partem exercitus perdidit. Cùm itaq; in castra fugisset, versamq; in se inuidiã temerè commissi belli videret, pristinamq; offensam non dependsti stipendij metueret, cõcubia nocte solus à castris cum Archagatho filio profugit: quod vbi milites cognouêre, haud secùs, quàm si ab hoste capti essent, trepidauêre. Bis se à Rege suo in medijs hostibus relictos esse proclamãtes: salutemq; suã desertam ab eo esse, quorum ne sepultura quidem relinquenda fuerat. Cum persequi Regẽ vellent, à Numidis excepti in castra reuertuntur: compræhenso tamen Archagatho, qui à patre, noctis errore discesserat. Agathocles autem nauibus, quibus fuerat à Sicilia regressus, cum custodibus earundem Syracusas defertur. Exemplum flagitij singulare, Rex exercitus sui desertor, filiorumq; pater proditor. Interim in Africa post fugam regis milites pactione cum hostibus facta, interfectis Agathoclis filijs, Carthaginensibus se tradidêre. Archagathus cum occideretur ab Arcesilao amico †anteà patris, rogauit eum, quidnã liberis eius facturum Agathoclem putet, per quem ipse liberis careat. Tunc respondit, satis habere se, quod superstites eos esse Agathoclis liberis sciat. Post hæc Pœni ad persequendas belli reliquias, duces in Siciliam miserunt, cum quibus Agathocles pacem æquis conditionibus fecit.

Agathocles vincitur à Pœnis.

Agathoclis fuga.

Exemplum perfidiæ & proditiõis.

Archagati mors.

†Antipatri.

IVSTI-

IVSTINI HISTORICI LIBER XXIII.

AGathocles, rex Siciliæ pacificatus cũ Carthaginensibus, partim ciuitatum à se fiducia virium dissidentium armis subegit. Deinde quasi angustijs Insulæ terminis clauderetur, cuius imperij partem primis incrementis ne sperauerat quidem, in Italiam transcendit: exemplum Dionisii sequutus, qui multas ciuitates Italiæ subegerat. Primi igitur hostes illi Brutij fuêre, quia & fortissimi, & opulentissimi videbantur, simul & ad iniurias vicinorũ prompti. Nã multas ciuitatẽs Græci nominis Italia expulerant, auctores quoq; suos Lucanos bello vicerant, & pacem cum his æquis legibus fecerant. Tanta feritas animorum erat, vt nec originis suæ parcerent. Namq; Lucani ijsdẽ legibus liberos suos, quibus & Spartani, instituere soliti erant. Quippe ab initio pubertatis in syluis, inter pastores habebãtur, sine ministerio seruili, sine veste, quam induerent, vel cui incubarent, vt à primis annis duritiæ, parsimoniæq; sine vllo vsu vrbis adsuescerent. Cibus his præda venatica, potus mellis & lactis, & fontium liquor erat. Sic ad labores bellicos indurabantur. Horũ igitur ex numero, quinquaginta primò ex agris finitimorum prædari soliti: consuẽte deinde multitudine solliciti præda cùm plures facti essent, infestas regiones reddebant. Itaq; fatigatus querelis sociorum Dionysius Siciliæ tyrannus, sexcentos Afros ad compescendos eos miserat, quorum castellum proditum sibi per

Bellum in Italia ab Agathocle gestum.

Mos Lucanorum & Spartanorũ educandi liberos.

Brutij vnde dicti.

Brutiam mulierem expugnârũt: ibiq; ciuitatem concurrentibus ad opinionem nouæ vrbis pastoribus, statuerunt, Brutiosq; se ex nomine mulieris vocauerunt.

Lucanorum & Brutorũ virtus.

Primum illis cum Lucanis originis auctoribus bellum fuit. Qui victoria erecti, cùm pacem æquo iure fecissent, cæteros finitimos armis subegerunt, tantasq; opes breui consequuti sunt, vt pernicioſi etiam regibus haberentur. Denique Alexander rex Epyri, cùm in auxilium Græcarum ciuitatum, cum magno exercitu in Italiam venisset, cum omnibus copijs ab his delatus est. Quare feritas eorum successu fœlicitatis incensa, diu terribilis finitimis fuit. Ad postremum imploratus Agathocles, spe ampliandi regni, à Sicilia in Italiam traiecit. Principiò aduentus opinione eius concussi, legatos ad eum, societatem amicitiamq; petentes miserunt. Quos Agathocles ad cœnam inuitatos, ne exercitum traijci viderent, in posterum statuta his die, conscensis nauibus frustratus est. Sed fraudis haud lætus euentus fuit. Siquidem reuerti eum in Siciliam, interiectis paucis diebus, vis morbi coegit, quo toto corpore comprehensus per omnes neruos, articulosque humore pestifero grassante, veluti intestino singulorum membrorum bello impugnabatur. Ex qua desperatione bellum inter filium, nepotemq; ortum, eius regnum iam quasi mortui vendicantibus occiso filio, regnũ nepos occupauit. Igitur Agathocles cùm morbi cura & ægritudo grauiores essent, & inter se, & alterum alterius malo cresceret, desperatis rebus, vxorem suam Theogenam, genitosq; ex ea duos paruulos cum omni pecunia, & familia, regaliq; instrumento,

Agathoclis fraus.

Grauis Agathoclis morbus.

Bellũ inter filium ac nepotem Agathoclis.

Theogena Agathoclis vxor.

strumento, quo præter illum nemo regum ditior fuit, nauibus impositos Aegyptum, vndè vxorẽ acceperat, remittit, timens ne prædonem regni sui hostem paterentur.

Descriptio miserabilis digressus. Theogena probę & maritum amantis coniugis exemplum.

Quanquàm vxor diù, ne ab eo diuelleretur, deprecata est, ne discessus suus adiungi nepotis parricidio posset, & tam cruẽtè hæc deseruisse virũ, quàm ille impugnasse auum videretur: NVBENDO SE NON PROSPERAE TANTVM, SED OMNIS FORTVNAE INISSE SOCIETATEM: nec inuitam periculo spiritus sui empturam, vt extremos viri spiritus exciperet, & exequiarum officium, in quod profecta se, nemo sit successurus, obsequio debitæ pietatis impelleret.

Pietas filiorum erga parentes, & parentum erga liberos.

Descendentes paruuli, flebili vlulatu amplexi patrem tenebant. Ex altera parte vxor maritũ, non amplius visura osculis fatigabat. Nec minùs senis lachrymæ miserabiles erant: flebant ij morientem patrem, ille exules liberos. Hi discessu suo solitudinem patris senis ægri, ille in spem regni susceptos relinqui in egestate lugebat. Inter hæc, regia omnis adsistentium fletibus tam crudelis diśidij impleta resonabat. Tandem lachrymis finem necessitas profectionis imposuit, & mors Regis profuiscentes filios secuta est. Dum hæc aguntur, Carthaginenses, cognitis, quæ in Sicilia ageban-

Agathoclis exitus.

Reuertitur ad Pyrrhi historiam.

Pyrrhus Siciliæ Rex vocatur.

agebantur, occasionem totius insulæ occupandæ datã sibi existimantes, magnis viribus eò trajiciunt, multasque ciuitates subigunt. Eo tempore & Pyrrhus aduersus Romanos bellum gerebat, qui imploratus à Siculis in auxilium, sicuti dictum est, cùm Syracusas venisset, multasq; ciuitates subegisset, Rex Siciliæ, sicut Epiri appellabatur. Quarum rerum fœlicitate lætatus, Heleno filio, Siciliæ velut auitum (nam susceptus ex filia Agathoclis regis erat) Alexandro autem Italiæ regnum destinat. Post hæc multa secunda prælia cum Carthaginensibus facit. Interiecto deinde tẽpore, legati ab Italicis socijs venêre, nunciãtes Romanis resisti non posse: deditionemq; futuram, nisi veniat. Anxius tam ambiguo periculo, incertusq; quid ageret, vel quibus primùm subueniret, in vtrũq; pro-

A Tarentinis & Samnitibus Plutarch.

nus consultabat. Quippe instantibus hinc Carthaginensibus, indè Romanis, periculosum videbatur, exercitũ in Italiam non trajicere, periculosius à Sicilia deducere: ne aut illi non lata ope, aut ij deserti amitterentur. In hoc æstu periculorum, tutissimus portus cõsiliorum visus est omnibus viribus † decertare in Sicilia, & profligatis Carthaginensibus, victorem exercitum † transponere in Italiam. Itaq; conserto prælio, cùm superior fuisset, quoniam tamen à Sicilia abire, & pro victo fugere visus est, ac propterea socij ab eo defecerunt, & imperium Siciliæ tam citò amisit quàm facilè quæsierat.

† decernere.

† transmittere.

Pyrrhus ex Sicilia abiens, dixisse fertur: O qualem Carthaginensibus & Romanis pro hac insula palæstram relinquimus

mus. Partim ad Carthaginenſes, partim ad Mamertinos, Plutarchus.

Sed nec in Italia meliore infœlicitate vſus, in Epirum reuertitur. Admirabilis vtriuſq; rei caſus in exemplum fuit. Nam ſicut ante ſecunda fortuna rebus ſupra vota fluentibus, Italiæ, Siciliæq; imperium, & tot de Romanis victorias attraxerat, ita nunc aduerſa, velut inoſtentationem fragilitatis humanæ deſtruens, quæ cumulauerat, Sicilienſi ruinæ naufragium maris, & fœdam aduerſus Romanos pugnam, turpēque ab Italia diſceſſum adiecit. Poſt profectionem à Sicilia, Pyrrhi magiſtratus, Hiero creatur: cuius tanta moderatio fuit, vt conſentiente omnium ciuitatum fauore, dux aduerſus Carthagienſes primum, mox rex crearetur. Huius futuræ maieſtatis ipſa infantilis educatio, quaſi prænuncia fuit. Quippe genitus erat patre Hieroclyto nobili viro, cuius origo à Gelo antiquo Siciliæ tyranno manabat, ſed maternum illi genus ſordidum, atq; admodum pudibūdum fuit. Nam ex ancilla natus, ac propterea à patre, velut dehoneſtamentum generis, expoſitus fuerat.

Poſtrema Pyrrhi cum Romanis pugna fuit ad Beneuentum, vbi victus eſt à M. Curtio. Hiero Rex. Hieronis nata-les.

Hiero ab apibus melle educatus. Simile eſt, quod de Platone referunt.

Sed paruulum & humanæ opis indigentem, apes congeſto circa iacentem melle, multis diebus aluēre. Ob quam rem reſponſo aruſpicum admonitus pater, qui regnum infanti portendi canebant, paruulum recolligit, omniq; ſtudio ad ſpem maieſtatis, quæ promittebatur inſtituit. Eidem in ludo inter coæquales diſcenti, lupus tabulam in turba puerorū repentè conſpectus,

Prodigia in Hierone.

ſpectus, eripuit. Adoleſcẽti quoq; prima bella ineunti, aquila in clypeo, noctua in haſta cõſedit. Quod oſtentum, & in conſilio cautum, & manu prõptum, regẽq; futurum ſignificabat. Deniq; aduerſus prouocatores ſæpè pugnauit, ſemperq; victoriam reportauit. A Pyrrho rege multis militaribus donis donatus eſt.

Ea fuiſſe Hieronem modeſtia refert Liuius, vt nec veſtis habitu, nec alio vllo inſigni à ciuibus cæteris diſcerni potuerit.

Officia boni principis.

Pulchritudo ei corporis inſignis, vires quoq; in homine admirabiles fuêre. In alloquio blandus, in negotio iuſtus, in imperio moderatus erat, prorſus, vt nihil ei regium deeſſe videretur, præter regnum.

IVSTINI HISTORICI LIBER XXIIII.

Res Græcorum. Anciochus Soter Syriæ & Aſiæ rex.

CVM hæc in Sicilia geruntur, interim in Græcia diſſidẽtibus inter ſe bello Ptolem. Ceraunico, & Antiocho, & Antigono regibus, omnes fermè Græciæ ciuitates, ducibus Spartanis velut occaſione data, ad ſpem libertatis erecta, miſſis inuicem legatis, per quos in ſocietatis fœdera alligarentur, in bellum prorumpunt: & ne cũ Antigono, ſub cuius †*bello erant, bellum cœpiſſe viderentur, ſocios eius Aetolos aggrediuntur, cauſas belli prætendentes, quod conſenſu Græciæ ſacratũ Apollini Cyraum campum per vim occupâſſent. Huic bello ducem eligũt Aran. Qui adunato exercitu vrbes, ſataq; in his cãpis poſita depopulatur, quæ auferri non poterant, incendit. Quod cùm è montibus conſpicati Aetolorum*

†Imperio citius legerem. Bellum Græcorum aduerſus Aetolos. Aras Campus eſt Phocidis Plinius lib. 3.

lorum pastores essent, congregati admodum quingenti sparsos hostes, ignorãtes quanta manus esset (quoniam conspectum illis metus & incendiorum fumus abstulerat) consectantur, trucidatisq; admodum nouem millibus, prædones q; in fugam verterent. Reparantibus deinde Spartanis bellum, auxiliũ multæ ciuitates negauerunt, existimantes dominationem eos Græciæ, non libertatem quærere. Interea inter reges bellum finitur: nam Ptolomæus pulso Antigono cum regnum totius Macedoniæ occupasset, pacẽ cum Antiocho facit: affinitatemq; cum Pyrrho, data ei in matrimonium filia sua, iungit. Exinde externo metu deposito, impium & facinorosum animum ad domestica scelera cõuertit: insidias q; Arsinoë sorori suæ instruit: quibus & filios eius vita, & ipsam Cassandriæ vrbis possessione priuaret. Primus ei dolus fuit, simulato amore sororis, matrimonium petere. Alter enim ad sororis filios, quorum regnum occupauerat, quàm concordiæ fraude non poterat. Sed nota scelerata Ptolemæi voluntas sorori erat.

Ptolemæus κἠραννος Macedoniæ Rex.

Arsinoe Ptolemæi soror.

Ptolemæi dolus & scelus in sororem Arsinoen.

Itaq; non credenti mandat, velle se cum filijs eius regni consortium iungere, cum quibus non ideò se armis contendisse, quoniã eripere his regnum, sed quod id facere, sui muneris vellet: in hoc mitteret arbitriũ iurisiurandi, quo præsente, apud deos patrios, quibus vellet, obsecrationibus se obligaret. Incerta Arsinoe quid ageret, si mitteret, decipi periurio: si non mitteret prouocare rabiem fraternæ crudelitatis timebat.

Itaq;

Itaq; plus liberis, quàm sibi timens, quos matrimonio suo protecturam se arbitrabatur, mittit ex amicis suis Dionem: quo perducto in sanctissimũ Iouis templum veterrimæ Macedonum religionis.

Dion.

(Ptolemæi periurium, Solebant enim sacrificantes apprehendere aras, vnde & Varro dicit antiquitus ansas dictas, vide Macrobium.)

Nuptię Ptolemæi fratris cum sorore Arsinoe.

Ptolemæus sumptis in manus altaribus, contingens ipsa simulachra, & puluinaria deorum, inauditis vltimisq́ue execrationibus adiurat, se syncera fide matrimoniũ sororis petere: nuncupaturumq; se eam reginam, neq; in contumeliam eius se aliam vxorem, aliósue, quàm filios eius liberos habiturum. Arsinoe posteaquam & spe impleta est, & metu soluta, ipsa cum fratre colloquitur: cuius vultus, & blandientes oculi, cùm fidem non minorem, quàm iusiurandum promitterent, reclamante Ptolemæo filio fraudem subesse, in matrimonium fratris consensit. Nuptiæ, magno apparatu lætitiaq́ue omnium celebrantur. Ad concionem quoq; vocato exercitu, capiti sororis diadema imponit, reginamq; eam appellat. Quo nomine in lætitiam effusa Arsinoe, quia quod morte Lysimachi prioris mariti amiserat, recepisset, vltrò virum in vrbem suam Cassandriã inuitat: cuius vrbis cupiditate fraus struebatur. Prægressa igitur virum, diem festũ vrbi in aduentum eius indicit: domos, templa, cæteraq; omnia exornari iubet: aras vbiq;, hostias q; disponi, filios quoque suos Lysimachum XVI. annos natum. Philippum trienmio minorem, vtrũq; formainsignem coronatos curre-

currere iubet. Quos Ptolemæus ad cælandã fraudem cupidè, & vltra modum veræ affectionis amplexus, ósculis diu fatigat. Vbi ad portã ventum est, occupari arcem iubet, pueros interfici. Qui cùm ad matrẽ confugissent, in gremio eius, inter ipsa ósculа trucidãtur. Proclamante Arsinoe, quod tantum nefas, aut nubendo, aut post nuptias contraxisset, pro filijs se sæpè percussoribus obtulit. Frequenter se corpore suo puerorũ corpora amplexata, ptexit: vulneraq; excipere, q̃ liberis †intendebãtur voluit. Ad postremũ spoliata etiã funeribus filiorum, scissa veste, et crinibus sparsis cum duobus seruulis ex vrbe protracta, Samothraciam in exilium abijt: eò miserior, quòd mori cùm filijs nõ licuit. Sed nec Ptolemæo inulta scelera fuerũt. Quippè dijs immortalibus tot periuria, et tam cruenta parricidia vindicãtibus, breui pòst à Gallis spoliatus regno, captusq; vitam ferro, vt meruerat, amisit. Namq; Galli abundante multitudine, cùm eos non caperent terræ, quæ genuerant, trecenta millia hominũ ad sedes nouas quærendas velut perigrenatum miserunt. Ex his portio in Italia consedit, quæ & vrbem Romã captam incendit, et portio Illyricos sinus, ducibus auibus (nam augurandi studio Galli præter cæteros callent) per strages barbarorum penetrauit, & in Pannonia cõsedit. Gens aspera, audax, bellicosa, quæ prima post Herculem, cui ea res virtutis admirationem, & immortalitatis fidem dedit, Alpium inuicta iuga, & frigore intractabilia loca transcendit. Ibi domitis Pãnonijs, per multos annos cum finitimis varia bella gesserũt. Hortãte deinde successu diuisis agminibus,

Exemplum crudelitatis & parricidij in Ptolemæo

†Intentabãtur. Arsinoe exulat.

Galli Italiã inuadunt.

Romam Galli incẽdunt.

Pannonia.

Gallici nominis terror. Νόημα.

alij Graciã, alij Macedoniam, omnia ferro proterentes petiuêre. Tantusq; terror Gallici nominis erat, vt etiam reges non lacessiti vltrò pacem ingenti pecunia mercarentur. Solus Rex Macedoniæ Ptolemæus aduentum Gallorum intrepidus audiuit. Isq; cum paucis & incompositis, quasi bella non difficilius quàm scelera patrarentur, parricidiorum furijs agitatus occurrit. Dardanorum quoq; legationem viginti millia armatorum in auxilium offerentem spreuit: addita insuper contumelia, actum de Macedonia dicens, si, cũ totum Oriẽtem soli domuerint, nũc in vin dictam ciuium Dardanis egeant. Milites se habere filios eorũ, qui sub Alexandro Rege stipendia toto orbe terrarũ victores fecerint. Quæ vbi Dardano Regi nunciata sunt, inclytum illud Macedoniæ regnum breui immaturi iuuenis temeritate casurũ dixit. Igitur Galli duce Belgio, ad tentandos Macedonum animos, legatos ad Ptolemæũ mittunt, offerentes pacem, si emere velit. Sed Ptolemæus inter suos belli metu pacem Gallos petere gloriatus est, nec minùs ferociter se legatis, quàm inter amicos iactauit. Aliter se pacem daturum negando, nisi principes suos obsides dederint, & arma tradiderint: non enim fidem se, nisi inermibus habiturum. Renunciata legatione risêre Galli, vndique acclamantes, breui sensurum, sibi, an illi consulentes, pacem obtulerint. Interiectis diebus prælium conseritur, victiq; Macedones cæduntur. Ptolemæus multis vulneribus saucius, capitur: caput eius amputatur: et lancea fixum, tota acie ad terrorem hostium circumfertur. Paucos ex Macedonibus fuga seruauit: cateri aut

Ptolomæi temeritas.

Belgius Gallorum dux.

Ferocis & temerarij animi exemplum.

Vincũt Macedones Galli.

Ptolemæi interitus.

aut capti, aut occisi. Hæc cùm nunciata per omnem Macedonū trepidatio.
Macedoniam essent, portæ vrbium clauduntur: luctu
omnia replentur, nunc orbitatem amissorum filiorum
dolebant, nunc excidia vrbium metuebant, nunc Alexandri Philippiq; Regum suorum nomina, sicuti numina in auxilium vocabant, sub illis se non solùm tutos, verùm etiam victores orbis terrarū extitisse: Vt tuerentur patriam suam, quum gloria rerum gestarum cælo proximam reddidissent, vt opem adflictis ferrent: quos furor, & temeritas Ptolemæi regis perdiderat, orabant. Desperantibus omnibus, non votis agendum Sosthenes vnus de Macedonum principibus ratus, cōtracta iuuentute & Gallos exultantes victoria compescuit: & Macedoniam ab hostili depopulatione defendit. Ob quæ virtutis beneficia multis nobilibus regnum Macedoniæ affectantibus, ignobilis ipse præponitur. Et cùm rex ab exercitu appellatus esset, ipse non in regis, sed in ducis nomen iurare milites coëgit. Interea Brennus, quo duce portio Gallorum in Græciam se effuderat, audita victoria suorum, qui Belgio duce Macedonas vicerant, indignatus parta victoria †opimam prædam, & oriētis spolijs onustam tam facilè relictam esse: adunatis CL. millibus peditum, XV. millibus equitum, in Macedoniam erumpit. Cùm agros, villasq; popularentur, occurrit ei cum instructo exercitu Macedonum Sosthenes, sed pauci à pluribus, trepidi à valentibus facilè vincuntur. Itaque cum victi se Macedones intra muros vrbiū contidissent, victor Brēnus, nemine prohibēte, totius Macedoniæ agros deprædatur. Inde quasi spolia sorderent,

Sosthenis virtus & moderatio.

Brennus.

† optimam.

Vincuntur Macedones à Gallis.

Contēptor deorum Brennus.

rent, animum ad deorum immortalium templa conuertit, scurriliter iocatos, locupletes deos largiri hominibus oportere. Statim igitur Delphos iter vertit, prædam religionis aurum, offensæ deorũ immortalium præferens: quos nullis opibus egêre, vt qui eas largiri hominibus soleant, adfirmabat.

Exemplum impietatis.

Descriptio situs templi Delphici Apollinis.

Templum autem Apollinis Delphis positum est in monte Parnasse, in rupe vndiq; impendente: ibi ciuitatem frequentia hominũ facit. Qui ad firmationem maiestatis vndiq; concurrentes, in eo saxo consedêre. Atq; ita templum ciuitatemq; non muri, sed præcipitia nec manu facta sed naturalia præsidia defendũt: prorsus vt incertum sit vtrum munimentum loci, an maiestas dei plus hic admirationis habeat. Media saxi rupes in formam theatri recessit.

Originem Delphici oraculis refert Diodorus in Philippo.

Quam ob rem hominum clamor, & si quando accidit tubarum sonus, personãtibus & resonantibus inter se rupibus, & multiplex audiri amplioráq;, quàm æditur, resonare solet. Quæres maiorem maiestatis terrorem ignaris rei, & admirationem stupentibus plerunq; adfert. In hoc rupis anfractu media fermè mõtis altitudine, planicies exigua est: atq; in ea profundum terræ foramẽ, quod in oracula patet. Ex quo frigidus spiritus in quodam velut vento in sublimi expulsus, mentes vatum in vecordiã vertit, impletosq; deo, responsa consulentibus dare cogit. Multa igitur

Delphicum antrum.

ibi, &

ibi, & opulenta regum, populorumq; visuntur munera, quæq; magnificentia sui reddentiũ vota gratam voluntatem, & deorum responsa manifestant.

Consultatio de inuadendo templo.

Igitur Brennus, cùm in cõspectu haberet templũ, diù deliberauit, an confestim rem aggrederetur, an verò fessis via militibus noctis spatium ad resumendas vires daret. Euridanus, & Thessalonus duces, qui se ad prædæ societatem iunxerant, amputari moras iubent, dum imparati hostes, & recens aduentus sui terrori esset. Interiecta nocte, & animos hostibus forsitã, & auxilia accessura, & vias, quæ nunc pateãt, obstructum iri. Sed Gallorũ vulgus ex longa inopia, vbi primum vino, cæterisq; commeatibus referta rura inuenit, non minùs abundantia, quàm victoria lætum per agros se sparserat, desertisq; signis ad occupanda omnia pro victoribus vagebantur. Quæ res dilationem Delphis dedit. Prima nãq; opinione aduentus Gallorũ prohibiti, agrestes à Græcis oraculis feruntur, messes vinaq; villis efferre. Cuius rei salutare præceptum non prius intellectum est, quàm vini, cæterarumq; copiarum abundãtia, velut mora Gallis obiecta, auxilia finitimorum conuenêre. Priùs itaq; vrbem suam Delphi aucti viribus sociorum præmuniuêre, quam Galli vino velut prædæ incubantes, ad signa reuocarentur. Euridanus Thessalonus.

Habebat Brennus lecta ex omni exercitu peditum sexaginta quinque millia: Delphorum sociorumq; non nisi† quatuor millia militum erant, quorum contemptu, Brennus ad acuendos suorum animos, prædæ vbertatem omnibus ostendebat, statuasq; cum quadri- Brenni & Delphorum copiæ. †Alij 14.

gis, quarum ingẽs copia procul visebatur, solido auro fusas esse, plusq; in pondere, quã in specie habere prædæ adfirmabat. Hac assertione, vel animaduersione inuitati Galli, simul & hesterno mero saucij, sine respectu periculorum in bellum ruebant. Contrà Delphi plus in deo, quàm in viribus spem ponentes, cum contemptu hostiũ resistebant, scandentesq; Gallos è summo montis vertice partim saxis, partim armis obruebant. In hoc partium certamine repentè vniuersorum templorum antistites, simul et ipsi vates, sparsis crinibus cum insignibus atq; infulis pauidi, vecordesq; in primam pugnantiũ aciem procurrũt: adueniſſe deum clamant, eumq; se vidisse desilientem in templum, per culminis aperta fastigia. Dum omnes opem dei suppliciter implorant, iuuenem supra humanum modum insignis pulchritudinis, comitesq; ei duas armatas virgines, ex propinquis duabus Dianæ Mineruæq; ædibus occurrisse, nec oculis tãtùm hæc se perspexisse, sed audisse etiam stridorem arcus, ac strepitum armorum. Perinde nec cunctarentur dijs antesignanis hostem cædere, & victoria deorum socios se adiungere, summis obsecrationibus monebãt. Quibus vocibus incensi, omnes in prælium prosiliunt.

Pugna inter Gallos & Delphos.

Vincuntur Galli à Delphis, ducibus dijs.

Præsentiã dei, & ipsi statim sensêre. Nam & terræmotu portio montis abrupta, Gallorũ strauit exercitum, & cõfertissimi cunei non sine vulneribus hostium dissipati ruebant, Insequuta deinde tempestas est, quæ grandine & fulgure saucios ex vulnerib. absumpsit. Dux ipse Brennus cùm dolorem vulnerum ferre

non

non posset, pugione vitam finiuit. Alter ex ducibus, pu- Brennus
mitis belli auctoribus, cum decem millibus sociorum ci- mortem sibi
tato agmine, à Græcia excedit. Sed nec fortuna fugi- ipsi consci-
entibus commodior fuit. Siquidē pauidis nulla sub te- uit.
ctis acta nox, nullus sine labore & periculo dies: assi- Clades Gal-
dui imbres, & gelu, nix concreta, & fames, & lassi- lorum in
tudo, & super hæc, maximum peruigiliæ malū mise- Græcia.
ras infœlicis belli reliquias obterebant. Gentes quoq; nationesq; per quas iter habebāt, palantes velut prædam sectabantur. Quo pacto euenit, vt nemo ex tāto exercitu, qui paulò antè fiducia virium etiam deos spolians contemnebant, velut ad memoriam tantæ cladi supereſſet.

IVSTINI HISTORICI
LIBER XXV.

INter duos Reges Antigonū & Antiochū statuta pace, cùm in Macedoniam Antigonus reuerteretur, nouus eidem repentè Tertia Gal-
hostis exortus est, quippe Galli, qui à Bren- lorū in Ma-
no duce, cùm in Græciā proficiscerentur, ad terminos cedoniam
gentis tuēdos relicti fuerant, ne soli desides viderentur, peditum quindecim millia, equitū tria millia armauerant, fugatisq; Getarum, Triballorumq; copijs Macedoniæ imminentes legatos ad regem miserunt: qui pacem ei venalem offerrent, simul & Regis castra specularentur. Quos Antigonus, pro regali munificentia, ingenti apparatu epularum ad cœnam Galli auri
inuitauit. Sed Galli expositum grande auri argentiq; auidissimi
pondus admirantes, atque prædæ vbertate sollici- Liuius.

tati infestiores, quàm venerant, reuertuntur. Quibus & elephantes ad terrorem, velut inusitatas barbaris formas, Rex ostendi iusserat, naues onustas copijs demonstrari ignarus, quod, quibus ostentatione virium metum se injcere existimabat, eorũ animos vt ad opimam prædam sollicitabat. Itaq; legati ad suos reuersi, omnia in maius extollentes, opes pariter, & negligentiam regis ostendunt, referta auro & argento castra esse, & neq; vallo fossáue munita, & quasi satis munimenti in diuitijs haberent, ita eos omnia officia militaria intermisisse, prorsus, quasi ferri auxilio non indigerent, quoniam abundarẽt auro. Hac relatione auidæ gentis animi satis ad prædam incitabantur. Accedebat † tum exemplum Belgi, qui non magno antè tempore Macedonum exercitum cum rege trucidauerat. Itaq; cõsentientibus omnibus, nocte castra regis aggrediuntur: qui præsentiens tantam tempestatem, signũ pridiè dederat, vt omnibus rebus ablatis, in proximam syluam taciti se occultarent. Neq; aliter seruata castra, quàm deserta sunt. Siquidem Galli vbi omnia vacantia, nec sine defensoribus modò, verũ etiam sine custodibus vident, non fugam hostium, sed dolum arbitrantes, diu intrare portas timuerunt. Ad postremum integris & intactis munimentis, scrutantes potiùs, quàm diripientes, castra occupauerũt. Tũc ablãtis, quæ inuenerãt, ad littus couuertuntur. Ibi dũ naues incautiùs diripiunt, à remigibus, & ab exercitus parte, quæ eò cum coniugibus & liberis conugerant, nihil tale metuentes, trucidantur, tantaq; cædes Gallorum fuit, vt Antigono pacem huius victoriæ opinio,

† Tamen.

Galli inuadunt castra Antigoni.

Galli cædun tur.

nio, non à Gallis tantùm, verùm etiam à finitimorum feritate præstiterit: quanquam Gallorum ea tempestate tanta fœcunditatis iuuentus fuit, vt Asiam omnem velut examine aliquo implerent: Denique neq; Reges orientis sine mercenario Gallorum exercitu vlla bella gesserint, neq; pulsi regno ad alios, quàm ad Gallos confugerint. Tantus terror Gallici nominis, siue armorum inuicta fœlicitas erat, vt aliter neq; maiestatem suam tutam, neque amissam recuperare se posse, sine Gallica virtute arbitrarentur. Itaq; in auxilium à Bythiniæ Rege inuocati, regnum cum eo, parta victoria diuiserunt: eamq; regionem Gallogræciam cognominârunt.

Gallogræcia, mixti Galli & Græci appellantur. Liuius VIII. IIII. Decadis. Redit ad Pyrrhum. Exercitus Pyrrhi, VIII. millia peditum, & D. equitum, Plutarchus. Pyrrhi ex Italia excessus. Hunc Antigonus lusori adsimulabat, qui & multa & benè faceret, sed cadentibus vti nesciret. Plutarchus.

Dum hæc in Asia aguntur, interim in Sicilia Pyrrhus à Pœnis nauali prælio victus, ab Antigono Macedoniæ rege supplementum militum per legatos petit: denuncians, ni mittat, redire se in regnum necesse habere: incrementa rerum, quæ de Romanis voluerit, de ipso quæsturū. Quod vbi negatū legati retulerūt, dissimulatis causis, repētinam fingit profectionē: Socios interim parare bellū iubet, & arcis Tarentinæ custodiam Heleno filio, & amico Miloni tradit. Reuersus in Epyrum statim fines Macedoniæ inuadit: cui Anti-

gonus cum exercitu occurrit, victusq; prælio in fugam vertitur. Atque ita Pyrrhus Macedoniam in deditionē accepit, & veluti damna amissæ Siciliæ Italiæq;, acquisito Macedoniæ regno pensasset, relictum Tarentini filium, & amicum accersit. Antigonus autem cum paucis equitibus, fugæ comitibus, repentè fortunæ ornamentis destitutus, amissi regni speculaturus euentus, Thessalonicam se recepit, vt inde cum conducta Gallorum mercenaria manu bellum repararet. Rursus à Ptolomæo Pyrrhi filio funditus victus, cum septem comitibus fugiens, non recuperandi regni spem, sed salutis latebras, ac fugæ solitudines captat. Igitur Pyrrhus in tanto fastigio regni collocatus, iam nec eo, ad quod votis perueniendum fuerat, contentus, Græciæ, Asiæq; regna meditatur: nec illi maior ex imperio, quàm ex bello voluptas erat: nec quisquam Pyrrhum, qua tulisset impetum, sustinere valuit. Sed vt ad deuincenda regna inuictus habebatur, ita deuictis, acquisitisq; celeriter carebat, tantò melius studebat acquirere imperia, quàm retinere. Itaque cùm copias Cherroneso transposuisset, legationibus Atheniensium, & Achiuorum Messeniorumque excipitur. Sed & Græcia omnis admiratione nominis eius, simul & rerum aduersus Romanos Pœnosque gestarum gloria attoniti, aduentum eius expectabāt. Primum illi bellū aduersus Spartanos fuit, vbi maiore mulierum, quàm virorum virtute excipitur. Tunc Ptolemæum filium, & exercitus partem robustissimam amisit.

Antigonus superatur à Pyrrho.

Pyrrhi varius successus.

Pyrrhi bellica virtus.

ἐπιφώνημα.

Pyrrhi bellum aduersus Lacedæmonios.

Exemplū muliebris fortitudinis, & pietatis er-

tis erga patriam. Plutarch. in Pyrrhi vita.

Quippe oppugnanti vrbem, ad tutelā patriæ tanta multitudo fœminarum concurrit, vt nō fortiùs victus, quàm verecundiùs recederet. Porrò Ptolemæū, filium eius adeò strenuū & manu fortem fuisse tradunt, vt vrbem Corcyram solus cum sexaginta ceperit: Idem prælio nauali triremem ex scapha cum septē insiluerit, captamq; tenuerit. In oppugnatione quoq; Spartanorū vsq; in mediam vrbem equo procurrerit: ibiq; concursu multitudinis interfectus sit. Cuius corpus vt relatum, patrem dixisse ferunt: aliquantò tardiùs eum, quàm timuerit ipse, vel temeritas eius meruerit, occisum esse.

Exemplum militaris fortitudinis. Ptolemæus Pyrrhi filius Duce Acrotato Arei Regis filio. Plutarch.

Pyrrhi mors in Argis: Plutarch. ait, Pyrrhum à muliercula tegulę ictu interfectum esse in vrbe.

Repulsus à Spartanis Pyrrhus, Argos petit: ibi dum Antigonum in vrbe clausum, expugnare †conatur, inter confertissimos violentissimè dimicās, saxo de muris iactato occiditur. Caput eius Antigono refertur: qui victoria mitiùs vsus, filium eius Helenum cum Epirotis sibi deditum in regnum dimisit: eiq; insepulti patris ossa in patriam referenda tradidit. Satis constans inter omnes auctores fama est, nullum nec eius, nec superioris ætatis Regem comparandum Pyrrho fuisse, raroq; non inter reges tantùm, verùm etiam inter illustres viros, aut vitæ sanctioris, aut iustitiæ probatioris visum fuisse.

†cogitat. Pyrrhi laus.

Pyrrho Annibalem inter Imperatores secundas dediſſe, refert Liuius: quòd castra metari

metari prius docuerit, ad hoc nemo elegantius loca cœperit, præsidia disposuerit, &c.

Scientiam certè rei militaris in illo viro tãtam fuisse, vt cum Lysimacho, Demetrio, Antigono, tãtis regibus bella gesserit, inuictus semper extiterit. Illyriorum quoq;, Siculorum, Romanorumq; & Carthaginensium bellis nunquam inferior, plerunq; etiã victor extiterit: qui patriam certè suam angustam ignobilemq; fama rerum gestarum, & claritate nominis sui, toto orbe illustrem reddiderit.

IVSTINI HISTORICI LIBER XXVI.

Varij motus Græcorum.

POST *mortem Pyrrhi non in Macedonia tantum, verùm etiam in Asia, Graciaq; magni bellorum motus fuêre. Nam & Peloponnesij per proditionem Antigono traditi, & variante hominum partim dolore, partim gaudio, pro vt singulæ ciuitates, aut auxilium de Pyrrho sperauerant, aut metus sustinuerant, ita aut cum Antigono societatem iungebant, aut mutuis inter se odijs in bellum ruebant. Inter hunc turbatarum prouinciarum motum, Epyrorum quoque vrbs ab Aristotimo principe per tyrannidem occupatur. A quo cum multi ex primoribus occisi, plures in exilium acti essent. Aetolis per legatos postulantibus, vt coniuges, liberosq; exulũ redderet, primò negauit: posteà quasi pœniteret, proficiscendi ad suos omnibus matronis potestatem dedit, diemque profectionis statuit. Illæ quasi in perpetuum cum viris exulaturæ, pretiosissima*

Aristotimꝰ tyrannus Epyrorum.

quæq;

quæq; auferentes, cùm ad portam quasi vno agmine profecturæ conuenissent, omnibus rebus expoliatæ, in carcere recluduntur, occisis priùs in gremijs matrum paruulis, liberis, virginibusq; ad stuprum direptis. Exemplum tyrannicæ crudelitatis.

Helemati amor erga patriam, & prudēs in mendo tyranno consilium.

Hanc tam sæuam dominationem stupentibus omnibus, princeps eorum Helematus senex, & liberis orbus, vt qui nec ætatis nec pignorum respectum timeret, conuocatos domi fidissimos amicorum, in vindictā patriæ hortatur. Cunctantibus priuato periculo publicum finire, et deliberandi spatium postulantibus, accersitis seruis iubet obserari fores, tyrannoq; nunciari, mitteret, qui coniuratos apud se comprehenderet, obiectans singulis, se, quia liberādæ patriæ auctor esse non posset, desertæ vltorem futurum. Tunc illi ancipiti periculo circumuenti, honestiorem viam eligentes, coniurāt in tyranni necem, atq; ita Aristotimus quinto, posteaquam tyrannidem occupauerat, mense opprimitur. Interea Antigonus cum multiplici bello, & Ptolemæi regis, & Spartanorū premeretur, nouusq; illi hostis Gallogræciæ exercitus adfluxisset, in speciē castrorum parua manu aduersus cæteros relicta, aduersus Gallos totis viribus proficiscitur. Aristotimus occiditur.

Bellum Antigoni cum Gallogræcis.

Quibus cognitis Galli, cùm & ipsi prælia pararēt, in auspicia pugnæ hostias cædunt. Quarum extis cum magna cædes, interitusq; omnium prædiceretur, non in timorem, sed in furorem versi, sperantesq; Deorū minas Gallorum crudelitas.

in coniuges & liberos.

minas expiari cæde suorum posse, coniuges & liberos suos trucidant, auspicia belli à parricidio incipientes. Tanta rabies feros animos inuaserat, vt non parcerẽt ætati, cui etiam hostes pepercissent, bellumq; internecinum, & natalitium cum liberis, liberorumq; matribus gererẽt, pro quibus bella suscipi solent. Itaq; quasi scelere vitam victoriamq; redemissent, sicut erant cruenti ex recenti suorum cæde, in prælium non meliore euentu, quàm omine proficiscuntur. Siquidem pugnantes, priùs parricidiorum furiæ, quàm hostes circumuenêre, obuersantibusq; ante oculos manibus interemptorum, omnes occisione cæsi. Tanta strages fuit, vt Dij pariter cum hominibus consensisse in excidium parricidarum viderentur.

ἐπιφώνημα.

Gallogræcorũ cædes.

Ptolemæus Εὐεργέτης Aegypti Rex III. Antigonus vincitur ab Alexandro Pyrrhi filio.

Post huius pugnæ euentum Ptolemæus, et Spartani victorẽ hostium exercitum declinantes, in tutiora se recipiunt. Antigonus quoq;, vbi eorum discessum videt, recenti adhuc ex priori victoria militum ardore, bellum Athenienſibus infert. In quo cùm occupatus esset, interim Alexander rex Epyri vlcisci mortem patris Pyrrhi cupiens, fines Macedoniæ depopulatur. Aduersus quem, cùm reuersus à Græcia Antigonus esset, transitione militum destitutus, regnum Macedoniæ cũ exercitu amittit. Huius filius Demetrius puer admodum, absente patre reparato exercitu, nõ solùm amissam Macedoniam recipit, verùm etiã Epyri regno Alexãdrum spoliat. Tanta vel mobilitas militum, vel fortunæ varietas erat, vt vicissim reges, nũc exules,

Demetrius Macedoniæ Rex.

Fortunę vo lubilitas.

ἐπιφώνημα.

les, nunc Reges viderentur. Igitur Alexander, cum exul ad Arcades confugisset, nō minore Epyrotarum desiderio, quàm sociorum auxilio in regnum restituitur. Per idem tempus Rex Cyrenarū & † Agas decedit, qui ante infirmitatē, Beronicen vnicā filiam, ad finiēda cum Ptolemæo fratre certamina, filio eius desponderat. Sed post mortē Antigoni regis, mater virginis Arsinoe, vt inuita se, contractum matrimonium solueret, misit, qui ad nuptias virginis, regnumq; Cyrenarum Demetrium fratrem regis Antigoni à Macedonia accerserēt: qui & ipse ex filia Ptolemæi procreatus erat. Sed nec Demetrius moram fecit. Itaq; cùm secundante vento celeriter Cyrenas aduolasset, fiducia pulchritudinis, qua nimis placere socrui cœperat, statim à principio superbus regis familiæ, militibusq; impotens erat, studiumq; placendi à virgine in matrem contulerat. Quæ res spectata, primò virgini, deinde popularibus, militibusq; inuisa fuit. Itaq; versis omnium animis in Ptolomæi filium, insidiæ Demetrio comparantur: cui cùm in lectum socrus concessisset, percussores immittuntur. Sed Arsinoe audita voce filiæ, ad fores stantis, et præcipientis, vt matri parcerent, adulterum paulisper corpore suo protexit. Quo interfecto, Beronice & stuprum matris salua pietate vlta est, & in matrimonio sortiendo iudicium patris † sequuta.

† Agys. Agas Cyrenarum Rex. Beronica.

Demetrius propter adulterium necatur.

† Subsecuta.

IVSTINI HISTORICI LIBER XXVII.

MOrtuo Syriæ Rege Antiocho, cùm in locum eius filius Seleucus successisset, hortāte matre Laodice

Antiochus Theos. Seleucus

Gallinicus Syriæ rex.

Laodice, quæ inhibere debuerat, auspicio regni à parricidio cœpit. Quippe Beronicen nouercam suam, sororem Ptolemæi regis Aegypti, cum paruulo fratre ex ea susceptò interfecit. Quo facinore perpetrato, et infamiæ maculam subijt, et Ptolemæi bello se implicuit. Porrò Beronice, cùm ad se interficiendam missos didicisset, paternæ Daphnæ se claudit. Vbi cùm obsideri eam cum paruulo filio nunciatum ciuitatibus Asiæ esset, recordatione paternæ, maiorumq; dignitatis eius, & casum tam indignæ fortunæ miserantes, auxilia ei omnes misêre. Frater quoq; Ptolemæus periculo sororis excitus, relicto regno, cum omnibus viribus aduolat. Sed Beronice ante aduẽtum auxiliorum, cum vi expugnari non posset, dolo circumuenta trucidatur. Indigna res omnibus visa. Itaq; cum vniuersæ ciuitates, quæ defecerant, ingentem classem comparassent, repẽtè exemplo crudelitatis exterritæ, simul et in vltionem eius, quam defensuri erant, Ptolomæo se tradunt, qui nisi in Aegyptum domestica seditione reuocatus esset, totum regnum Seleuci occupasset. Tantum illi vel odium parricidiale scelus, vel huic fauorẽ indignè interempta mors sororis attulerat. Post discessum Ptolomæi, Seleucus, cùm aduersus ciuitates, quæ defecerant, ingentem classem comparasset, repentè, veluti Dijs ipsis parricidium vindicantibus, orta tempestate, classem naufragio amittit: nec quicquam illi ex tanto apparatu, præter nudum corpus, & spiritũ, & paucos naufragij comites, residuos fortuna fecit. Misêra quidem res, sed optanda Seleuco fuit: siquidem ciuitates, quæ odio eius ad Ptolemæum transierant,

Parricidiũ Seleuci.

Beronice trucidatur.

ἐπιφώνημα.

Seleuci Gallinici naufragium.

rant, velut Dijs arbitris fatũ factum sibi esset, repentina animorum mutatione, in naufragij misericordiam versa, imperio se eius restituũt. Lætus igitur malis suis, et damnis ditior redditus, velut par viribus bellũ Ptolemæo infert. Sed quasi ad ludibrium tantùm fortunæ natus esset, nec propter aliud opes regni recepisset, quàm vt amitteret, victus prælio, nõ multò quàm post naufragium, comitatior, trepidus in Antiochiam confugit. Inde ad Antiochum fratrẽ literas fecit, quibus auxiliũ eius implorat, oblata ei Asia inter fines Tauri montis, in præmium latæ opis. Antiochus autẽ, cùm esset annos XIIII. natus suprà ætatem regni auidus, occasionem nõ tam pio animo, quàm offerebatur, arripuit: sed latronis more totum fratri eripere cupiẽs, puer sceleratam, virilemq; sumit audaciam. Vndè hic Hierax est cognominatus, quia non hominis, sed accipitris ritu in alienis eripiendis vitam sectaretur. Interea Ptolemæus, cùm audisset regem Antiochũ in auxilium Seleuco venire, ne cum duobus vno tempore dimicaret, in annos X. cum Seleuco pacem facit.

Seleucus vincitur à Ptolemæo.

Antiochus impẽ.

Impium bellum Antiochi aduersus fratrem.

Sed pax ab hoste data interpellatur à fratre: qui conducto Gallorum mercenario exercitu, pro auxilio bellum, pro fratre hostem se imploratus exhibuit. In eo prælio virtute Gallorum victor quidem Antiochus fuit, sed Galli arbitrantes Seleucum in prælio cecidisse, in ipsum Antiochum arma vertunt, liberiùs depopulaturi Asiam, si omnem stirpem regiam extinxissent. Quod vbi sensit Antiochus, velut à prædonibus

Gallorum perfidia.

Eumenes Asiam inuadit.

auro se redemit, societatemq; cum mercenarijs subiungit. Interea Rex Bythiniæ Eumenes, sparsis consumptisq; fratribus bello intestinæ discordiæ, quasi vacantem Asiæ possessionem inuasurus, victorem Antiochum, Gallosq; aggreditur: nec difficilè saucios adhuc ex superiore congressione, integer ipse viribus superat. Ea namque tempestate omnia bella in exitium

Asia communis regum præda.

Asiæ gerebantur, vti quisq; fortior fuisset, Asiam velut prædam occupabat. Seleucus et Antiochus fratres bellum propter Asiam gerebant. Ptolomæus Rex Aegypti sub specie sororiæ vltionis, Asiæ inhiabat. Hinc

† Alij humilior semper mercenarij manus.

Bithynius Eumenes, inde Galli † semper mercenaria manus, Asiam depopulabantur, cùm interea nemo defensor Asiæ inter tot prædones inueniebatur. Victo Antiocho, cùm Eumenes maiorem partem Asiæ occupasset, ne tunc quidem fratres, perdito præmio, propter quod bellum gerebant, concordare potuerunt. Sed omisso externo hoste in mutuum exitium bellum reparant. In eo Antiochus dennò victus multorū dierum fuga fatigatus, tandem ad socerum suum Artamenem Regem Cappadociæ prouehitur. A quo cùm primùm benignè susceptus esset, interiectis diebus, cognito quòd sibi insidiæ pararentur, salutem fuga quæsiuit.

Artamenes Cappadociæ Rex.

Antiochus fratrem metuens, ad hostem confugit.

Antiochi & Seleuci fratrum mors.

Igitur cùm profugo nusquam locus tutus esset, ad Ptolemæum hostem, cuius fidem tutiorem, quàm fratris existimabat, decurrit: memor vel quæ facturus fratri esset, vel quæ meruisset à fratre. Sed Ptolemæus

non

non tam amicus ei deditus, quàm hostis factus, seruari eum arctissima custodia iubet. Hinc quoq; Antiochus opera cuiusdam meretricis adiutus, quam familiarius agnouerat, deceptus custodibus, labitur, fugiensq; à latronibus interficitur. Seleucus quoq; ijsdem fermè diebus amisso regno, equo præcipitatus finitur: sic fratres, quasi & germanis casibus exules ambo, post regna, scelerum suorum pœnas luerunt.

IVSTINI HISTORICI
LIBER XXVIII.

Olympias. Olympias Pyrrhi Epirotæ Regis filia, amisso marito, eodemq; Germano fratre Alexandro, cum tutelam filiorum ex eo susceptorum Pyrrhi & Ptolomæi, regniq; administrationem ipsa recepisset ab Aetolis parte Acarnaniæ, quam in portionem belli pater pupillorum acceperat, eripere volentibus, ad Regē Macedoniæ Demetrium decurrit: eiq; habenti vxorem Antiochi Regis Syriæ sororem, filiam suam Bythiam in matrimonium tradidit, vt auxilium, quod misericordia nō poterat, iure cognationis obtineret.

Causa belli inter Demetrium Macedoniæ, & Antiochum Syriæ Reges.

Fiunt igitur nuptiæ, quibus & noui matrimonij gratia acquiritur, & veteris offensa contrahitur. Nam prior vxor velut matrimonio pulsa, sponte sua ad fratrem Antiochum discedit, eumq; in mariti bellum impellit. Acarnanes quoq; diffisi Epirotis, aduersus Aetolos auxilium Romanorum implorantes, obti-

Legati Romanorum ad Aetolos.

nuerunt à Romano Senatu, vt legati mitterẽtur, qui denunciarent Aetolis, præsidia ab vrbibus Acarnaniæ deducerent, paterenturq; esse liberos, qui soli quondã aduersus Troianos, auctores originis suæ auxilia Græcis non miserunt. Sed Aetoli legationem Romanorum superbè audierunt. Pœnos illis, & Gallos, à quibus tot bellis vexati, toties occisione sint cæsi, exprobrantes,

Superba Aetolorum responsio.

dicentesq; : prius illis portas aduersus Carthaginenses aperiẽdas, quas clauserit metus Punici belli, quàm in Græciam arma transferenda. Meminisse deinde iubent, quibus minentur, aduersus Gallos vrbem suam eos tueri non potuisse, captamq; non ferro defendisse, sed auro redemisse. Quam gentem se aliquantò maiori manu Græciam ingressam, non solùm externis viribus, sed ne domesticis quidem tectis adiutos vniuersam delêsse : sedemq; sepulchris eorum præbuisse, quam illi viribus, imperioq; suo proposuerant. Contrà Italiam trepidis ex recenti vrbis suæ incendio Romanis, vniuersam fermè à Gallis occupatam. Prius

Liuius de his copiosè.

igitur illis Gallos Italia pellendos, quàm minentur Aetolis, priusq; sua defendenda, quàm aliena defendi adpetenda. Quos autem Romanos esse, nempè pastores, qui latrocinio iustis dominis ademptum solum teneant : qui vxores, cùm propter originis dehonestamenta nec inuenirent, vi publica rapuerint : qui denique vrbem suam parricidio condiderint, murorumq; fundamenta fraterno sanguine adsperserint.

Fraterno primi maduerunt sanguine muri, Lucanus.

Aetolos autem principes Græciæ semper fuisse, & sicut

sicut dignitate, ita et virtute cæteris præstitisse. Solos demiq; esse, qui Macedonas imperio terrarum florentes semper contempserint, qui Philippum Regem non timuerint, qui Alexandri Magni post Persas, Indosq; deuictos, cũ omnes nomen eius horrerent, edicta spreuerint. Monere igitur se Romanos, cõtenti sint fortuna præsenti, nec prouocẽt arma, quibus & Gallos cæsos, & Macedonas contemptos videant. Sic dimissa legatione Romanorum, ne fortiùs locuti, quàm fecisse viderentur, fines Epyri regni Acarnaniæ depopulantur. Iam Olympias filijs regna tradiderat, & in locum Pyrrhi fratris defuncti Ptolemæus successerat: qui cum hostibus instructo exercitu obuius processisset, infirmitate correptus, in itinere decedit.

Pyrrhi vxor cum duobus filijs Pyrrho et Ptolemæo moritur.

Olympias quoq; non magno post tempore gemino funerum vulnere adflicta, †ægrum spiritum trahens, nõ diu filijs superuixit. Cũ ex gente regia sola Nereis virgo cum Laodomia sorore supereſſet, Nereis nubit Geloni Siciliæ Regis filio. Laodomia autem, cùm in aram Dianæ confugisset, concursu populi interficitur. Quod facinus Dij immortales assiduis cladibus gentis, & propè interitu totius populi vindicauerunt. Nã sterilitatem, famemq; passi, & inteſtina discordia vexati, externis ad postremũ bellis penè cõsumpti sunt. Miloq; Laodomiæ percussor, in furorem versus, nunc ferro, nunc saxo, in summa, dentibus laceratis visceribus, XII. die interijt. His in Epyro gestis, interim in Macedonia Demetrius Rex, relicto filio Philippo parulo ad-

† Aegrẽ.

Nereis & Laodomia Pyrrhi filiæ.

Milonis furor.

Antigonus Philippi tutor.

uulo admodũ, decedit, cui Antigonus tutor datus, acceptaq; in matrimonium matre pupilli, Regem se constituere laborat.

Antigonus diadema regium propter seditionem abijcit.

Interiecto deinde tempore, cùm seditione minaci Macedonum, clausus in regia teneretur, in publicum fine satellitibus procedit: proiectoq; in vulgus diademate ac purpura, dare hæc eos alteri iubet, qui aut imperare illis sciat, aut cui parere ipsi sciãt: se adhuc inuidiosum illud regnum, nõ voluptatibus, sed laboribus ac periculis sentire. Commemorat deinde beneficia sua, vt defectionẽ sociorum vindicauerit, vt Dardanos Thessalosque exultantes morte Demetry Regis compescuerit, vt deniq; dignitatem Macedonum non solùm defenderit, verùm etiam auxerit. Quorumsi illos pœniteat, deponere imperium, & reddere illis munus suum, quia Regem quærant, cui imperent. Cùm populus pudore motus, recipere eum regnum iuberet, tamdiù recusauit, donec seditionis auctores supplicio traderentur. Post hæc bellum Spartanus infert, qui soli Philippi, Alexandriq; bellis, & imperijs Macedonum, & omnibus metuenda arma contempserunt. Inter duas nobilissimas gentes bellum summis vtrinq; viribus fuit. Cùm hi pro vetere Macedonum gloria, illi non solùm pro illibata libertate, sed etiam pro salute certarent: victi Lacedæmonij, non ipsi tantùm, sed etiam coniuges, liberiq; magno animo fortunam tulêre.

Antigonus Macedoniæ Rex Spartanis bellum infert.

Vincuntur Spartani ab Antigono.

Constantia Spartanorũ in aduersa fortuna.

φέρειν γὰρ χρ̅ῆ τάτε δα μόνια ἀναγκαίως, τάτε ἀπὸ τῶν πολεμίων ἀνδρείως. Thucyd.

Nemo quippe in acie saluti pepercit : nulla amissum coniugem fleuit : filiorum mortes senes laudabant : patribus in acie cæsis filij gratulabantur. Suam vicem omnes dolebant, quòd non ipsi pro patriæ libertate † decidissent. Parentes omnes domibus saucios excipiebant, vulneratos curabant, † lapsos reficiebāt. Inter hæc nullus in vrbe strepitus, nulla trepidatio, magis omnes publicam, quàm priuatam fortunam lugebant.

† Cecidissent.

† Citiùs legerē, luxos aut luxatos.

Cleomenes Spartanorū Rex egregij Imperatoris exemplum Plutar. in Vitis.

Inter hæc Cleomenes Rex post multas hostiū cædes, toto corpore, suo pariter & hostium cruore madens superuenit. Ingressusq́ vrbem non humi consedit, non cibum aut potum poposcit, non denique armorum onus deposuit sed accliuis parieti, cùm quatuor millia sola ex pugna superfuisse cōspexisset, hortatur, vt se ad meliora Reipub. tempora reseruarent : tum cum coniuge & liberis Aegyptum ad Ptolomæū proficiscitur. A quo honorificè susceptus, diu & in summa dignitate Regis vixit. Postremò post Ptolemæi mortem, à filio eius cum omni familia interficitur. Antigonus autem cæsis occisione Spartanis, fortunam tantæ vrbis miseratus, à direptione milites prohibuit, veniamq́ his, qui superfuerāt, dedit. Præfatus bellum se cum Cleomene, non cum Spartanis habuisse, cuius fuga, omnis ira eius finita sit : nec minori sibi gloriæ fore, si ab eo seruata Lacedæmonia sit, quā si capta pro-

Moderati victoris exemplū Antigonus.

deretur. Parcere igitur se solo vrbis, ac tectis, quoniã homines, quibus parceret, non superfuissent.

Antigoni mors. Plutarchus ait: Antigonũ phthisi & catharro laborantem in media pugna, cum clamore pectus rupisset, expirasse.

Nec multò pòst ipse decedit, regnumq; Philippo annos XIIII. nato tradidit.

IVSTINI HISTORICI
LIBER XXIX.

Philippus Macedoniæ Rex.
Syriæ Rex Antiochus Magnus.
Ariarathes Rex Cappadociæ.
Ptolemæus. φιλοπάτωρ per ironiam dictus.

Eisdem fermè temporibus, propè vniuersi orbis imperia, noua Regũ successione mutata sunt. Nam in Macedonia Philippus, mortuo Antigono tutore, eodemq; vitrico, XIIII. annorum regnum suscepit: & in Asia interfecto Seleuco, impubes adhuc Rex Antiochus constitutus est. Cappadocia regnum quoque Ariarathi puero admodum pater ipse tradiderat. Aegyptum patre ac matre interfectis, occupauerat Ptolemæus, cui ex facinoris crimine cognomentum Philopater ex contrario fuit. Sed Spartani in locum Cleomenis suffecerunt Lycurgum. Et ne qua temporibus mutatio deesset, apud Carthaginem ætate adhuc immatura. Dux Annibal constituitur, nõ penuria seniorum, sed odio Romanorum, quo imbutum eum à

Annibal Carthaginensiũ Dux.

pueritia sciebant. Fatale non tam Romanis, quàm ipsi Africæ malum. His regibus pueris, licet nulli senioris ætatis rectores erant, tamẽ in suorum quibusq; maiorum vestigia intentis, magna indoles virtutis emicuit. Solus Ptolemæus scelestus, sicut in occupando regno,

regno, ita & segnis in administrando fuit. Philippum Dardani, cæteriq; finitimi populi, quibus velut immortale odium cum Macedonum regibus erat, cõtemptu ætatis aßiduè lacesſebant.

Demetrij Illyriorum regis ad Philippum oratio. Leuinus cõſul de his omnibus triumphauit, Florus.

Contrà ille ſubmotis hoſtibus non contentus ſua defendiſſe, etiam Aetolis bellum inferre geſtiebat: quæ agitantem illum Demetrius Rex Illyriorum nuper à † Paulo Romano cõſule victus, ſupplicibus precibus ag Populi. greditur, iniuriam Romanorum querens, qui nõ contenti Italiæ terminis, imperium, ſpe improba totius orbis amplexi, bellum cum omnibus regibus gerant. Sic illos Siciliæ, ſic Sardiniæ, Hiſpaniæq; : ſic deinde totius Africæ imperium adfectantes, bellum cum Pœnis, & Annibale ſuſcepiſſe: Sibi quoq; non aliam ob cauſam, quàm quòd Italiæ finitimus videbatur, bellum illatum, quaſi nefas eſſet aliquem Regem iuxta imperij eorum terminos eſſe, ſed & ipſi cauendum eſſe exemplum: cuius quantò propiùs nobiliusq; ſit regnum, tãtò ſit Romanos acriores hoſtes habiturus. Super hoc cedere ſe illi regno, quod Romani occupauerint, profitetur, gratius habiturus, ſi in poſſeßione imperij ſui ſocium potiùs, hoſtem videret.

Philippus Macedoniæ Rex Romanis bellum infert, Duce Flamminio.

Huiuſmodi oratione impulit Philippum, vt omißis Aetolis bellum Romanis inferret, minùs negotij exiſtimantem, quòd iam victos ab Annibale apud Traſi-

menum lacum adierat. Itaq3, ne multis bellis eodem tempore grauaretur, pacem cum Aetolis fecit, non quasi alio bellum translaturus, sed vt Græciæ quieti consulturus, quam nunquàm in maiori periculo fuisse affirmabat.

Rationes pacis à Philippo cum Aetolis factæ.

Siquidem consurgentibus ab Occidente nouis Pœnorum & Romanorum imperijs, quibus vna hæc à Græcia & Asia mora, dum hæc inter se bello discrimen imperij faciunt, Cæterum statim victoribus transitum in Orientem fore. Videre se itaq3, ait, consurgentem in Italia nubem illam trucis, & cruenti belli: videre tonantẽ, ac fulminantem ab Occasu procellã, quam in quascunque terrarum partes victoriæ tempestas detulerit, magno cruoris imbre omnia fœdaturam. Frequenter Græciam ingentes motus passam, nunc Persarum, nunc Gallorum, nunc Macedonum bellis, sed omnia illa ludum fuisse existimaturos, si ea, quæ nunc in Italia concurrat manus, extra terram illam se effuderit. Cernere se, quàm cruenta & sanguinaria inter se bella vtriq3 populi, & viribus copiarum, & ducum artibus gerant: quæ rabies, solo finiri partis alterius interitu, sine ruina finitimorum non posit. Feros igitur animos victorum, minùs quidem Macedoniæ, quàm Græciæ timendos, quia & remotior, & in vindictam sui robustior sit. Scire tamen se eos, qui tantis viribus concurrant, non contẽtos hoc fine victoriæ fore: metuendũq3 sibi quoque certamen eorum, qui superiores extiterint. Hoc

prætextu,

pretextu, finito cum Aetolis bello, nihil aliud, quàm Pœnorum, Romanorumq; bella respiciens, singulorũ vires perpendebat. Sed nec Romani, quibus Pœni, & Annibal in ceruicibus erant, soluti metu Macedonico videbantur. Nam terrebat eos & vetus Macedonũ virtus, & deuicti Orientis gloria, & Philippus studio Alexandri æmulationis incensus, quem promptum ad bella industriumq; cognouerunt. Igitur Philippus, cũ iterato prælio victos à Pœnis Romanos didicisset, apertè hostem se his professus, naues, quibus in Italiam exercitum traiiceret, fabricare cœpit.

Apud Trebiam consule Sempronio. Legationis huius princeps fuit Xenophanes. Liuius lib. 3. Decadis 3.

Legatum deinde ad Annibalem iungendæ societatis gratia cum epistolis mittit, qui comprehẽsus, & ad Senatum † productus, incolumis dimissus est, nõ in honorem Regis, sed ne dubius adhuc, indubitatus hostis redderetur. † Perductus.

M. Valerius Leuinus ad Tarentum erat, cum nauibus LII. De fœdere inter Romanos & Aetolos facto. Liuius libr. 6. Decad. 3.

Posteà verò cùm Romanis nunciatum esset, in Italiam Philippum copias traiecturum, Leuinum prætorem cum instructis nauibus ad prohibendum transitum mittunt, qui cùm in Græciam veniisset, promissis multis impulit Aetolos, bellum aduersus Philippum suscipere. Philippus quoque Aetolos in Romanorum bella sollicitat. Interea & Dardani Macedoniæ fines Dardani.

vastare

vastare cœperũt, abductisq; XX. millibus captiuorũ, Philippum à Romano bello ad tuendum regnum reuocauerunt.

Leuinus init fœdus cum Attalo Asiæ, & Pleurato ac Scerdiledo Thracum & Ilyricorum regibus.

De rege Pergamorum. Florus.

Dum hæc aguntur, Leuinus Prætor inita cum Attalo rege societate, Græciam populatur: quibus clam dibus perculsæ ciuitates, auxilium petentes, Philippũ legationibus fatigant, nec non et ab Illyriorum rege lateri eius hærentes, assiduis precibus promissa exigebant. Super hæc vastati Macedones vltionem flagitabant. Quibus tot tantisq; obsessus rebus, cui rei primo occurreret, ambigebat, omnibus tamẽ propediem auxilia se missurum pollicetur, nõ quia facere posset, quæ promittebat, sed vt spe impletos in societatis iure retineret. Prima tamẽ illi expeditio aduersus Dardanos fuit, qui absentiam eius aucupantes, maiore belli mole Macedoniæ imminebant.

Philippus pacem cum Romanis, P. Sempronio in prouincia Proconsule, facit. Liuius lib. 9. Decadis 3.

Cum Romanis quoq; pacem facit, contentus interim bellum Macedonicum distulisse. Philopœmeni Achæorum duci, quem Romanos, sociorumq; animos solicitare didicerat, insidias prætendit. Quibus ille cognitis, vitatisq;, discedere ab eo Achæos auctoritate sua coegit.

† Alij, ad Romanos sociorum animos.

IVSTI-

IVSTINI HISTORICI LIBER XXX.

PHilippo in Macedonia magnis rebus intento, Ptolemæi in Aegypto diuersi mores erant: nam regno parricidio obtento, & ad necem vtriusq; parentis, cæde etiam fratris adiuncta, veluti rebus fœliciter gestis, luxuriæ sese tradiderat, Regisq; mores omnes sequuta regio erat. Ptolemæi scelera.

Plato. Quales in Republica principes sunt, tales reliqui solent esse ciues.

Itaq; non amici tantùm præfectiq;, verùm etiam omnis exercitus, depositis militiæ studijs, otio ac desidia corrupti marcebãt. Quibus rebus cognitis, Antiochus Rex Syriæ veteri inter se regnorũ odio stimulante, repentino bello multas vrbes eius oppressit: ipsamq; Aegyptum aggreditur.

Bellum Antiochi Magni: & Ptolemæi, φιλοπατορος.

Trepidat igitur Ptolemæus, & per legationes quousque vires paret, rogat morari Antiochum. Magno deinde in Græcia exercitu conducto, secundum prælium facit, spoliasseteq; regno Antiochum, si fortunam virtute iuuisset. Contẽtus recuperationi vrbium, quas amiserat, factaq; pace, auidè materiam quietis, arripuit, reuolutusq; in luxuriam, occisa Euridice vxore, eademq; sorore sua, Agathocleæ meretricis illecebris capitur. Agathocles.

Exemplum corrupti & intemperãtis principis Ptolemæus.

Atq;

Ptolomæi luxuria.

Atq; ita omni magnitudine nominis, ac maiestatis oblitus noctes in stupris, dies in cõuiuijs consumit. Adduntur INSTRVMENTA LVXVRIAE TYMPANA, ET TRIPVDIA: nec iam spectator Rex, sed magister nequitiæ, neruorum oblectamenta modulatur. Hæc primo labentis regiæ tacita pestis, et occulta mala fuêre. Deinde crescente licentia, iam nec parietibus regiæ domus contineri meretricis audacia potest, quam proteruiorem, sociata cũ Agathocle fratre ambitiosæ pulchritudinis scorto, quotidiana regis

Euanthe.

stupra faciebant. Accedebat & mater Euanthe, quæ geminæ sobolis illecebris deuinctum regem tenebat. Itaq; non contenta rege, iam etiam regnum possidẽt, iam in publico visuntur. iam salutantur, iam comitantur. Agathocles regis lateri iunctus, ciuitatem regebat: tribunatus, præfecturas & ducatus mulieres ordinabant, nec quisquam in regno suo minùs, quã ipse

Ptolemæi mors.

rex poterat. Cum interim relicto quinquennio ex Eurydice sorore filio, moritur: sed mors eius, dũ pecuniã regiam mulieres rapiunt, & imperiũ, inita cum perditissimis societate, occupare conantur, diù occultata fuit. Re tamẽ cognita cõcursu multitudinis Agathocles occiditur, et mulieres in vltionẽ Eurydices patibulis suffigũtur. Morte regis supplicio meretricum velut

Legati Alexandrinorũ ad Romanos.

expiata regni infamia, legatos Alexãdrini ad Romanos miserũt, orantes, vt tutelã pupilli susciperent, tuerenturq; regnum Aegypti, quod iam Philippũ, & Antiochum, facta inter se pactione, diuisisse dicebant.

Occasio Romanorum, gerendi belli cum Philippo.

Grata

Grata legatio Romanis fuit, causam belli quærentibus aduersus Philippū, qui insidiatus eis temporibus Punici belli fuerat. Huc accedebat, quòd Pœnis et Annibale superato, nullius magis arma metuebant, reputantibus, quantum motum Pyrrhus parua manu Macedonum in Italia fecisset, quantasq; res Macedones in Oriente fecissent. Mittuntur igitur legati, qui Antiocho, & Philippo, vt à regno Aegypti abstineāt, nuncient. Mittitur & M. Lepidus in Aegytum, qui tutorio nomine regnum pupilli administraret. Dum hæc agūtur, interim legati Attali regis Pergami, et Rhodorum iniurias Philippi regis quærentes, Romam venerunt. Quæres omnem cunctationem Macedonici belli Senatui eximit. Statim prætextu ferendi auxilij socijs, bellum aduersus Philippum decernitur, legionesq; cum Consule in Macedoniam mittuntur.

M. Lepidus.

Bellū Macedonicum de quo Liuius.

Consul in Macedoniam missus fuit P. Sulpitius.

Nec multò post tempore tota Græcia fiducia Romanorum aduersus Philippum, spe pristinæ libertatis erecta, bellum ei intulit. Atque ita cùm Rex vndique vrgeretur, pacem petere compellitur. Deinde, cùm expositæ conditiones pacis à Romanis essent, repetere sua & Attalus, & Rhodij, & Achæi, & Aetoli cœpere.

De pacis conditionibus, vide Liuium in fine lib. 2. belli Macedonici.

Contra Philippus adduci se posse, vt Romanis pareat, concedebat. Cæterum indignum esse, Græcos à Philippo & Alexandro maioribus suis victos, & sub iugū Macedonici imperij subactos, velut victores, leges pacis sibi dicere, quib. priùs sit ratio seruitutis reddenda,

† non vindicanda.

denda, quam libertas † vendicanda. Ad postremum tamen, eo petente, inducię duorum mensium sunt datę, vt pax, quę in Macedonia non conueniebat, Romę à Senatu peteretur. Eodem anno inter insulas Theramenem, & Therasiam medio vtriusq; ripę & maris spatio, terrę motus fuit. In quo, cum admiratione nauigantium, repentè ex profundo cum calidis aquis insula emersit.

Liuius refert, Lauream in prætoria naui enatam eodem quoq; tempore.

Terræmotus.

In Asia verò eodem die motus terræ Rhodū, multas q; alias ciuitates graui ruinarum mole concussit. Quasdā solidas absorbuit. Quo prodigio territis omnibus vates cecinêre, Oriēs Romanorum Imperium, vetus Græcorum ac Macedonum voraturū. Interim à Senatu repudiata pace, Philippus in societatem belli † Nabym tyrannum sollicitat.

† Alij legunt Onabin. Fuit is tyrannus Lacedæmonum, Plutarchus.

Atq; ita cùm in aciem exercitum instructis è diuerso hostibus produxisset, hortari suos cœpit, referendo Persas, Bactros, Indosq; & omnem Asiam Orientis fine à Macedonibus perdomitam, tantoq; fortius hoc bellum, quàm illa sustinendum, quantò sit libertas imperio clarior.

Pugna inter Philippum & Flaminium Romanum ad Cynocephalas in Thessalia. Flaminij ad milites exhortatio.

Sed & Flaminius Romanorum consul, relatione rerum recentissimè gestarum suos stimulabat in prælium,

lium, ostendendo hîc Carthaginem cum Sicilia, †indè Italiam, & Hispaniam Romana virtute perdomitas: nec Annibalem Alexandro quidem Magno postponendum: quo Italia pulso, Africâ ipsam tertiâ partem mundi superauerint. Sed nec Macedonas veteri fama, sed præsentibus viribus †existimandos: quia nõ cum Alexandro Magno, quem inuictum audiuerant, nec cum exercitu eius, qui totum Orientẽ deuicerat, bellum gerãt, sed cum Philippo puero immaturæ ætatis, qui regni terminos aduersus finitimos ægrè defendat, & cum ijs Macedonibus, †qui non ita, vt pridem fuerunt. Illos maiorum decora, Romanos se suorumqúe militum commemorare. Non enim alio exercitu Annibalem, & Pœnos & totum fermè Occidentem, sed ijs ipsis, quos in acie habebat, militib. subactos. His adhortationibus vtrinq; concitati milites, prælio concurrunt, alteri Orientis, alteri Occidentis imperio gloriantes: ferentesq; in bellum, alij maiorum suorũ antiquam, & obsoletam gloriam, alij virentem recentibus experimentis virtutis florent. Sed Macedones Romana fortuna vicit. Fractus itaq; bello Philippus pace à Flaminio consule petita, nomen quidem regium retinuit, sed omnibus Græciæ vrbibus, veluti regni mẽbris extra terminos antiquæ possessionis amissis, solam Macedoniam retinuit. Offensi tamen Aetoli, quia nõ ex arbitrio eorum Macedonia quoque adempta Regi, & data sibi in præmium belli esset, legatos ad Antiochum mittunt, qui eum adulatione magnitudinis in Romana bella spe societatis vniuersæ Græciæ impellerent.

† inter.

Aestimandos.

Qui non ita pridem præ. dæ Darda. nis fuerunt.

Philippus vincitur à Romanis.

† alij Thraciæ.

Aetolorum dux Thoas impulit. Antiochũ. Florus.

IVSTINI HISTORICI LIBER XXXI.

Causa Syriaci belli inter Rom. & Antiochũ.

MOrtuo Ptolemæo Philopatre Rege Aegypti, contemptaq; paruuli filij eius ætate, quiin spem etiam regni relictus, præda domesticis erat, Antiochus rex Syriæ occupare Aegyptum statuit. Itaq; Phœnicen cæteraſq; Syriæ quidẽ, sed iuris Aegypti, ciuitates cùm inuasisset, legatos ad eũ Senatus mittit, qui denunciaret ei, abstineret à regno pupilli, postremis patris precibus fidei suæ traditi. Quibus spretis, interiecto tempore alia legatio superuenit, quæ, omissa pupilli persona, ciuitates iure belli factas Populi Romani, in integrum restituis iubebat. Abnuenti bellum denunciatur, quod ille facilè susceptu infœliciter gesſit.

Bellum Romanorum cum Nabyde Lacedæmoniorum tyranno.

Eodem tempore, et Nabys tyrãnus multas Græciæ ciuitates occupauerat. Igitur Senatus, ne eodem tempore duplici bello Romanæ vires detinerentur, scripsit Flaminio, si ei videatur, sicuti Macedoniam à Philippo, ita Græciam à Nabyde liberaret. Ob quã causam imperium ei prorogatum est. Terribile quippe Antiochi bellum Annibalis nomen faciebat, quem æmuli eius, occultis mandatis cum Antiocho iniſſe societatem apud Romanos criminabantur, negantes, eum æquo animo sub legibus viuere, assuetum imperio & immoderata licentia †militari, semperq; tædio quietis vrbanæ, nouas belli causas circumspicere: q̃ & si falsa nunciata

Annibalis nomen terribile.

†militare.

ciata fuissent, apud timētes tamen pro verū habebantur. Deniq; Senatus metu perculsus, ad speculādos actus Annibalis legatum in Africam Seruilium mittit, eiq; tacitis mandatis præcepit, vt si posset, eū per æmulos eius interficeret, metuq; inuisi nominis tandem populum Romanum liberaret.

Romani per Seruilium legatum insidias Annibali parant.

Sed res Annibalē non diu latuit, virū ad prospicienda cauendaq; pericula peritū, nec minus in secundis aduersa, quàm in aduersis secunda cogitantē. Igitur cum tota die in oculis principum, legatiq; Romani in foro Carthaginensium obuersatus in suprēmum fuisset, appropinquante vespere, equum conscendit, et rus vrbanum, quod propè littus maris habebat, ignaris seruis, iussuq; ad portam diuertentem operiri, cōtendit. Habebat ibi naues cum remigibus, occulto sinu littoris absconditas. Erat etiam grādis pecunia in eo agro præparata, vt cùm res exegisset, nec facultas fugam, nec inopia moraretur. Lecta igitur seruorum iuuentute, quorum copiam Italicorum captiuorum numerus augebat, nauem conscendit, cursumq; ad Antiochum dirigit. Postera die, ciuitas principē suum, ac tū temporis Consulem in foro expectabat, quem vt profectū nunciatum est, nō aliter, quàm si vrbs capta esset, omnes trepidauêre, exitiosamq; sibi fugam eius ominati sunt. Legatus verò Romanus, quasi bellum iam illatū Italiæ ab Annibale esset, tacitus Romam reuertitur, trepidumq; nuncium refert.

Annibalis prudentia.

Annibalis ex Africa fuga ad Antiochum.

Liuius de hoc bello Decadis 4. lib. 4.

Interim Flaminius in Græcia, iuncta cum quibusdam ciuitatibus societate, Nabydem tyrannum duobus continuis prælijs subegit, & grauiter fractum, velut exanguem in regno reliquit: sed libertate Græciæ restituta, reductis ab vrbibus præsidijs, cùm Romanus exercitus in Italiam reportatus esset, velut vacua rursus possessione sollicitatus, multas ciuitates repentino bello inuasit: quibus rebus exterriti Achæi, ne vicinũ malum etiam ad se serperet, bellum aduersus Nabydem decernunt, ducemq; Prætorem suum Philopœmenem insignis industriæ virum constituunt: cuius in eo bello tanta virtus emicuit, vt opinione omnium cõpararetur Flaminio Romano imperatori. Eodẽ tempore Annibal, cùm ad Antiochum peruenisset, velut deorum munus excipitur: tantusq; eius aduentu ardor animis accessit, vt non tam de bello, quàm de præmijs victoriæ cogitaret.

Annibalis consilium, de bello contra Romanos gerendo.

Sed Annibal, cui nota Romana virtus erat, negabat opprimi Romanos, nisi in Italia posse. Ad hoc sibi centum naues, & decem millia peditum, & mille equites poscebat. Promittens hac manu non minùs bellum, quàm gesserit, Italiæ restauraturũ: & in Asiam regi sedenti, aut victoriam de Romanis, aut æquas pacis conditiones relaturum. Quippe & Hispanis bello flagrantibus ducem tantùm deesse, & Italiam notiorem sibi nunc, quàm pridem fuisse. Sed nec Carthagi-
†ci *nem quieturam, sociamqúe † se sine mora præbituram.*

Aristoni

Aristoni Tyrio nomen erat, qui Carthaginem mittebatur.

Cùm regi consilia placuissent, mittitur Carthaginem vnus ex comitibus Annibalis, qui in bellum cupidos hortetur: Annibalemq; cum copijs adfuturum nunciet: nihil dicat partibus, nisi animos Carthaginensium deesse: Asiam & vires belli, & sumptum præbiturum. Hæc cùm relata Carthaginem essent, nuncius ipse ab inimicis Annibalis comprehenditur, & perductus in Senatum, cùm interrogaretur, ad quem missus esset? Punico ingenio respondit, se ad vniuersum Senatum missum.

Hannonem intelligit, qui inimicus Barchinæ factioni erat, Plutarchus in Annibalem. Liuius hoc paulò aliter, & copiosiùs narrat.

Nec enim hoc opus singulorum, sed vniuersorum esse. Dum multis diebus deliberant, an eum Romam ad purgandam publicam conscientiam mittant, tacitus conscensa naue ad Annibalem reuertitur: quo cognito, Carthaginenses statim Romam legatum deferunt.

Legati Romanorum ad Antiochum missi, erant P. Sulpitius & P. Iulius.

Romani quoque ad Antiochum legatos misêre, qui sub specie legationis, & regis apparatum specularentur: & Annibalem aut Romanis mitigarent, aut assiduo colloquio suspectum, inuisumq; regi facerent. Itaq; legati, cùm Ephesi conuenissent ad Antiochum, mandata ei Senatus tradunt. Dum responsum expe-

ctant, omnibus diebus assidui cum Annibale fuerunt, dicentes: timidè eum à patria recessisse, cùm pacem Romani non tam cum Republica, quàm cum eo factam summa fide custodiant: nec bella cum Romanorum magis odio, quàm patriæ amore gessisse, cui ab optimo quoq; etiam spiritus ipse debeatur. Has enim publicas inter populos, nō priuatas inter duces bellandi causas esse: inde res gestas eius laudare, quorū sermone lætus, sæpius cupidiusq; cum legatis colloquitur, ignarus, quod pro familiaritate Romana odium sibi apud Regem crearet. Quippe Antiochus tam assiduo colloquio reconciliatam cum Romanis gratiam existimans, nihil ad eum sicut solebat referre, expertemq; totius consilij, & veluti hostem, proditoremq; suum odisse cœpit. Quæ res tantum apparatum belli, cessante imperatoria arte corrupit. Senatus mādata fuerant, vt contētus terminis Asiæ esset, nec ipsis ingrediendi Asiam necessitatem imponeret. Quibus spretis, non accipiendum bellum statuisse, sed inferēdum dicitur: cùm frequenter de bello cōsilium habuisset, remoto Annibale, tandem eum vocari iussisse, non vt ex sentētia eius aliquid ageret, sed ne per omnia eū spreuisse videretur, omnibusq; perrogatis, postremum interrogasse, quo ille animaduerso, intelligere se professus est, non quia egeat consilio, sed ad supplendum numerum sententiarum se vocatum: tamen & odio Romanorum, et amore regis, apud quem solùm tutū sibi exilium relictum sit, se viam gerendi belli edisserturū. Veniam deinde libertatis deprecatus est, nihil se aut consiliorum, aut cœptorum præsentiū probare ait: nec

Legatorum Romanorū astutia.

Antiochi & Annibalis de bello gerendo consilia.

sedem

sedem belli Græciam sibi placere, cùm Italia vberior materia sit. Quippe Romanos vinci, nō nisi armis suis posse. Nec Italiā aliter, quàm Italicis viribus subigi. Siquidē diuersum cæteris mortalibus esse illud & belli genus, & hominum: alijs bellis plurimū momenti habere priorem aliquam cœpisse occasionem loci, temporisq́: agros rapuisse, vrbes aliquas expugnasse, cū Romano, seu occupaueris prior aliqua ratione, seu viceris, tum etiam cum victo & iacente luctandum est. Quamobrē, si quis eos in Italia lacessierit, suis eos opibus, suis viribus, suis armis posse† vinci, sicut ipse fecerit. Sin verò quis illis Italia, veluti fonte cesserit virium† perinde falli, ac si quis amnes nō ab ipsis fontiū primordijs deriuare, sed concretis iam aquarum molibus auertere vel exiccare velit. Hoc et secreto se cē suisse, vltroq; ministerium cōsilij sui obtulisse: & nunc præsentibus amicis ideo repetisse, vt scirent omnes rationem cum Romanis gerendi belli: eosq; foris inuictos domi fragiles esse. Priùs namq; eos vrbe, quàm imperio: priùs Italia, quā prouincijs exui posse. Quippe & à Gallis captos & à se probè deletos esse: neq; se vnquam victum priùs, quàm terris eorum cesserit. Reuerso Carthaginem, statim cum loco fortunā belli mutatam. Huic sententiæ obtrectatores amici Regis erant, non vtilitatem rei cogitantes, sed verentes, ne probato consilio eius, primum apud regem locum gratiæ occuparet. At Antiocho non tam consilium, quàm auctor displicebat, ne gloria victoriæ Annibalis, non suaesset. Omnia igitur varijs assentationum adulationibus corrumpebantur: nihil consilio, vel ratione age-

Annibalis consilium.

Ratio gerendi belli cum Romanis.

† vincere.

† proinde.

Annibalis de Romanis iudicium.

Antiochi negligentia in parando bello.

ne agebatur. Rex ipse per hyemem in luxuriã lapsus, nouis quotidiè nuptijs deditus erat. Contrà Attilius Romanus Consul, qui ad hoc bellum missus erat, copias, arma, cæteraq́e bello necessaria summa industria parabat, ciuitates socias confirmabat, dubias illiciebat: nec alius exitus belli, quàm apparatus vtriusq; partis fuit.

Attalij Romani Cõsulis diligentia.

Victus est Antiochus ad Thermopylas, Liuius lib. 6. Decad. 4.

Itaq; prima belli congressione, cùm cedentes suos rex cerneret, non laborantibus auxilium tulit, sed fugientibus se ducem præbuit, castraq; ditia victoribus reliquit. Deinde, cùm in Asiam præda Romanis occupatis fugiendo peruenisset, pœnitere neglecti consilij cœpit: reuocatoq; in amicitiam Annibale, omnia ex sententia eius agere velle dicit: Interim nunciatur ei, Liuium † Menemum Romanum ducem cum octoginta rostratis nauibus in bellũ nauale, à Senatu missum aduentare, quæ res illi restituẽdæ fortunæ spem dedit.

† Neuium.

Antiochus nauali prælio vincitur C. Liuio Romanæ classis Præfecto.

Itaq; priùs quàm sociæ ciuitates ad hostes deficerent, decernere nauali prælio statuit, sperans cladem in Græcia acceptam noua posse victoria aboleri. Annibali igitur tradita classe prælium cõmittitur. Sed nec Asiani milites Romanis, neq; naues eorum pares rostratis nauibus fuêre, minor tamen clades ducis solertia fuit. Romam nondum opinio victoriæ venerat, & idcircò in Cõsulibus crendis suspẽsa ciuitas erat. Sed aduersus Annibalem duce quis melior, quàm Africani

cam frater crearetur, cũ vincere Pœnos opus Scipionum sit? Creatur igitur Consul † *Lucius Scipio, eiq;* † Publius.
datur legatus frater Africanus, vt intelligeret Antiochus, non maiorem fiduciam se in Annibale victo, quã Romanos in victore Scipione habere.

L. Scipio Consul proficiscitur cum fratre P. Scipione Africano aduersus Antiochum.

Traijcientibus in Asiam Scipionibus exercitum, ita vtrobiq; profligatum bellum nunciatum est, victumque Antiochum terrestri, Annibalem nauali bello inuenerunt.

Antiochi legatus, Byantius Heraclides ad Consules pro pace petenda.

Primo igitur aduentu, eorum legatos pacem petentes ad eos Antiochus mittit, peculiare donũ Africano ferentes, ipsius filium, quem Rex paruo naufragio traijcientem cœperat. Sed Africanus priuata beneficia à rebus publicis segregata dixit, aliaq; esse patris officia, alia patriæ iura, quæ non liberis tantùm, verum etiam vitæ ipsi præponantur. Proinde gratum se munus accipere, priuatoq; impendio munificentiæ Regis responsurum.

Liuius ait, Antiochum P. Scipioni Eleæ ægrotanti, post istam legationem, filium captum misisse: neque solùm patrio animo gratum munus, sed corpori quoque salubre gaudium fuisse.

Quod ad bellum, pacemq; pertineat, nihil neque gratiæ dari, neq; de iure patriæ decidi posse, respondit. Nam neq; de redimendo filio vnquam tractauit, Exemplum fortitudinis Scipio.

nec Senatum de eo agere permisit, sed, vt dignũ maiestate eius erat, armis se recepturum filium dixerat. Post hæc leges pacis dicuntur: vt Asia Romanis cederet, contentus Syriæ regno esset, naues vniuersas, captiuos, & transfugas traderet, sumptumq; omnem belli Romanis restitueret.

Sunt & aliæ conditiones apud Plut. non paulò duriores. Pacis conditiones.

Quæ cùm nunciata Antiocho essent, nondum ita victum se esse respondit, vt spoliari se regno pateretur, belliq; ea irritamenta, non pacis blandimenta esse. Igitur dum ab vtroq; bellum pararetur, & ingressi Asiam Romani Ilion veniissent, mutua gratulatio Ilienſium ac Romanorum fuit: Ilienſibus Aeneam, caterosq; duces à se profectos, Romanis se ab his procreatos referentibus. Tantaq; lætitia omnium fuit, quanta esse post longum tempus inter parentes & liberos solet. Iuuabat Ilienses nepotes suos, Occidente & Africa domita, Asiam, vt auitum regnum vendicare, optabilem Troiæ ruinam fuisse dicẽtes, vt tam fœliciter renasceretur. Contrà Romanos auitos lares, & incunabula Maiorum, templaq; ac Deorum simulachra, inexplebile desiderium videndi tenebat. Profectis ab Ilio Romanis, Eumenes Rex cum auxilijs Romanis occurrit.

Romanorũ et Ilienſium congratulatio.

Pugna Romanorum cum Antiocho circa Magnesiam, cuius egregia & prolixa descriptio extat apud Liuium.

†& Nec multò pòst prælium † est cum Antiocho commissum. Cùm in dexteriore cornu pulsa legio Romana ma-

na maiore dedecore, quã periculo castra fugeret, M. Aemilius † tribunus militum ad tutelam castrorum relictus, armare milites suos, et extra vallum progredi iubet, strictiúq; gladijs fugientibus minari, morituros dicens, nisi in prælium reuertantur: infestioraq; sua, quàm hostium castra, inuenturos. Attonita tanto periculo legio comitantibus commilitonibus, qui fugereos prohibuerant, in prælium reuertitur: magnaq; cæde edita, initium victoriæ fuit. Cæsa hostium L. millia, capta XI. millia, Antiocho pacem petenti, nihil ad superiores conditiones additum, Africano prædicante: NEQVE ROMANIS, SI VINCANTVR ANIMOS MINVI, NEQVE SI VINCANT, SECVNDIS REBVS INSOLESCERE. Captas ciuitates inter socios diuisêre, muneris Romani aptiorem †gloriam, quàm possessiones voluntarias iudicantes.

† Alij XXX. M. ad tutelã castrorum relictis, armare se milites, &c.

M. Aemilij virtus.

Antiochus vincitur à Scipionib.

† Asiam.

† Malim legere violentas aut voluptarias.

Quippe victoriæ gloriam Romano nomini vendicandam, opum luxuriam socijs relinquendam.

IVSTINI HISTORICI LIBER XXXII.

AEtoli, qui Antiochũ in bella Romana impulerant, victo eodem: soli aduersus Romanos, & viribus impares, & omni auxilio destituti, remanserant. Nec multò pòst victi, libertatem, quam illibatã aduersus dominationem Athenienſiũ, & Spartanorũ inter tot Græciæ ciuita-

*Aetoli vincuntur à Romanis. Liuius Deca. 4. lib. 8.

ciuitates soli retinuerant, amiserunt. Quæ conditio tantò illis amarior, quantò serior fuit, reputantibus tempora illa, quibus tantis Persarum opibus domesticis viribus restiterant, quibus Gallorum violentiam, Asiæ, Italiæq; terribilem Delphico bello fregerant. Quæ sola glorioſa recordatio maius desiderium libertatis augebat.

Bellum inter Messenios & Achæos. De hac pugna Plutarchus in vita Philopœmenis. Est autem Philopœmenes, præclari Imperatoris exemplum.

Dum hæc aguntur, medio tẽpore inter Messenios, & Achæos de principatu primò contentio, mox bellũ ortum est. In eo nobilis Achæorum Philopœmenes *imperator capitur, nõ, quia pugnando vitæ parceret, sed dum suos in præliũ reuocat, in trãsitu fossæ equo præcipitatus, à multitudine hostium oppressus est. Quem iacentem Messenij, seu metu virtutis, vel verecundia dignitatis interficere ausi non fuerunt. Itaq; velut in illo omne bellum confeciſſent, captiuũ per vniuersam ciuitatem in modum triumphi circunduxerunt: effuso obuiam populo, ac si suis, nõ hostium imperator aduentaret: nec victorem Achæi auidiùs vidiſſent, quàm victum hostes viderunt. Igitur eundem in theatrum duci iusserunt, vt omnes contuerentur, quem potuiſſe capi incredibile singulis videbatur.*

Virtutis reuerentia. Philopœmenis mors. De qua copiosè Plutarchus & Liuius.

Deinde in carcerem deducto, verecundia magnitudinis eius in venenum dederunt, quod ille lætus, ac si vicis-

si vicisset, accepit: quæsito prius, an † Lycortas præfectus Achæorum, quem secundum à se esse scientia rei militaris sciebat, incolumis effugisset? Quem, vt accepit euasisse, etiam non in totum dicens consultum malè Achæis, expirauit. Nec multò pòst reparato bello, Messenij vincuntur, pœnasq; interfecti Philopœmenis pependerunt. Interea in Syria Rex Antiochus cùm graui tributo pacis à Romanis premeretur, & victus ornatusq; esset, seu inopia pecuniæ compulsus, seu auaritia sollicitatus, qua sperabat se sub specie tributariæ necessitatis excusatiùs sacrilegia commissurum, adhibito exercito, nocte templum † Dodonæi Iouis aggreditur.

Sic Plut. legunt alij Licorius.

Antiochus Magnus in sacrilegio interficitur.

† Al. legunt, Dindymæi, quod magis placet. Strabo Beli templum spoliantem Antiochum, Barbarorum concursu interemptum scribit.

Qua re proditâ, concursu incolarũ, cum omni militia interficitur Romæ, cùm multæ Græciæ ciuitates quæstum de iniurijs Philippi Regis venissent, & disceptatio in Senatu inter Demetriũ Philippi filiũ (quem pater ad satisfaciendum Senatui miserat) & legatos ciuitatum esset, turba querelarum confusus adolescens, repentè obticuit. Tunc Senatus verecundia eius motus, quia priuatim etiã antèa, cùm obses Romæ esset, charus omnibus fuerat, causam illi donauit: atq; ita modestia sua Demetrius veniam patri, nõ iure defensionis, sed patrocinio pudoris obtinuit. Quod † ipsi decreto Senatus significatum est, vt appareret non tã absolutum Regem, quàm donatum filio patrem: quæ

Legatorum de Philippo querelæ. Demetrij pudor. † ipsum.

res

res Demetrio non gratiam legationis, sed odium obtrectationis comparauit. Nam apud fratrem Perseæ æmulatio illi inuidiam contraxit, & apud patrem nota absolutionis causa offensa fuit, indignante Philippo, plus momenti apud Senatum personam filij, quàm auctoritatem patris, ac dignitatem regiæ maiestatis habuisse.

Extant pulcherrimæ vtriusque orationes, apud Liuium.

Igitur Perseus perspecta patris ægritudine, quotidie absentem Demetrium apud eum criminari, & primò inuisum, pòst etiam suspectum reddere, nunc amicitiam Romanorum, nunc proditionem ei patris obiectare. Ad postremum insidias sibi ab eo paratas confingit, ad cuius rei probationem immittit iudices, testes subornat, & facinus quod obijcit, †cõfirmat: quibus rebus patre compulso ad parricidium, funestam omnem regiam facit. Occiso Demetrio, sublatoq; æmulo, non neglectior tantùm Perseus in patrem, verũ etiam & contumacior erat, nec hæredem regni, sed Regem se gerebat.

†admittit.

Demetrij mors.

Exemplum impietatis erga fratrem & patrem Perseus.

His rebus offensus Philippus, impatientiùs indies mortem Demetrij dolebat: tunc & insidijs se circunuentum suspicari, testes iudicesq; torquere. Atq; ita cognita fraude, non minus scelere Perseï, quàm innoxia Demetrij morte cruciabatur: peregissetq; vltionem, nisi morte præuentus esset.

Philippus moritur, postquam regnas-

set

setannis 42. Philippi apparatus belli in Romanos.

Nam breui post tempore, morbo ex ægritudine animi contracto decessit, relicto magno belli apparatu aduersus Romanos, quo posteà Perseus vsus est. Nam & Gallos Scordiscos ad belli societatem perpulerat, feciſſetqúe Romanis graue bellum, nisi decessisset. Namque Galli bello aduersus Delphos infœliciter gesto, in quo maiorem vim numinis, quàm hostium senserant, amisso Brennio duce, pars in Asiam, pars in Thraciam extorres fugerant. Inde per eadem vestigia, quà venerant, antiquam patriam repetiuêre. Ex his pars quædam in confluente Danubij & Sai consedit. Scordiscosqúe se appellari voluit. Tectosagi autem cùm in antiquam patriam Tolosam venissent, comprehensiqúe pestifera lue essent, non priùs sanitatem recuperauêre, quàm aruspicum responsis moniti, aurum argentumqúe bello sacrilegij sq; quæsitum in Tolosensem lacũ mergerent. Quod omne magno post tempore Cæpio Romanus Consul abstulit. Fuêre auri pondo CX. millia, argenti pondo quinquies decies C. millia. Quod sacrilegium causa excidij † Cæpioni, exercituiq; eius posteà fuit. Romanos quoq; Cymbrici belli tumultus, velut vltor sacræ pecuniæ insecutus est, ex gente Tectosagorum nõ mediocris populus prædæ dulcedine Illyricũ petiuit: spoliatisq; Istris in Pannonia consedit. Istriorum gentem fama est originem à Colchis ducere, missis ab † Aeta Rege ad Argonautas, raptoremq; filiæ persequendos, qui vt à Ponto intrauerunt Istrum, alueo Sai fluminis penitus

Galli.

Scordisci.

Tectosagi.

Sacrilegij vltio.

Aurum Tolosanum.

† Seruilio.

Istriorum origo.

† Aceta.

Argonautæ.

Saus.

penitus inuecti, vestigia Argonautarum insequentes, naues suis humeris per iuga montium vsque ad littus Adriatici maris transtulerunt. Cognito quòd Argonautæ idem propter longitudinem nauis priores fecissent, quos vt aduectos Colchi nō reperiunt, siue metu Regis, siue tædio longæ nauigationis iuxta Aquileïam consedere: Istriq; ex vocabulo amnis, quò à mari concesserant, appellati Daci quoq; soboles Getarū sunt, qui cum Olore Rege aduersus Bastarnas malè pugnassent, ob vltionem segnitiæ capturi somnum, capitæ loco pedum ponere iussu Regis cogebātur: ministeria quę vxoribus, quæ ipsis anteà fieri solebāt, facere. Neque hæc antè mutata sunt, quàm ignominiam bello acceptam virtute delerent. Igitur Perseus, cum imperio Philippi patris successisset, omnes has gentes aduersus Romanos in societatem belli sollicitabat. Interim inter Prusiam Regem, ad quem Annibal post pacem Antiocho à Romanis datam, profugerat, & Eumenem bellum ortū est, quod Prusias Annibalis fiducia, rupto fœdere prior intulit. Namq; Annibal, cum ab Antiocho Romani inter cæteras conditiones pacis, deditionem eius deposcerent, admonitus à Rege, in fugam versus, Cretam defertur. Vbi cùm diu quietam vitam egisset, inuidiosumq; se propter nimias opes videret, amphoras plūbo repletas in tēplo Dianæ quasi fortunæ suæ præsidia deposuit, atq; ita nihil de illo sollicita ciuitate, quoniam velut pignus opes eius tenebat, ad Prusiam contendit, auro suo instatuis, quas secum portabat infuso, ne conspectæ opes vitæ suæ nocerent. Deinde, cùm Prusias terrestri bello ab Eumene

Colchi.

Aquilea Dacia Getis.

Dacorum militum ignominia.

Prusias Bithiniæ rex.

Annibalis ab Antiochò fuga in Creta.

Annibalis astutia.

victus

victus esset, prælium q3 in mare transtulisset, Annibal nouo commento, auctor victoriæ fuit.

Annibal, coniectis in naues serpẽtibus vincit. Huius rei vetustiores Annales non meminerunt. Plutarch.

Nam omne †serpentinum genus in fictiles lagenas conjici iussit, medioq3 prælio in naues hostium mittit. Id primum Ponticis ridiculum visum, fictilibus dimicare, qui ferro nequeant. Sed vbi serpentibus repleri naues cœpêre, ancipiti periculo circumuenti, hosti victoriam cessêre. Quæ vbi Romæ nunciata sunt, missi à Senatu sunt legati, qui vtrunque Regem in pacem cogerent, Annibalemq3 deposcerent. Sed Annibal re cognita, consumpto veneno, legationem morte præuenit. Insignis hic annus trium toto orbe maximorũ imperatorum fuit mortibus, Annibalis, Philopœmenis, et Scipionis Africani. Ex quibus constat, Annibalem nec cùm Italia, cum Romano tonantem imperio contremuit, nec cùm reuersus Carthaginem summum imperium tenuit, aut cubantem cœnasse, aut plus sextario vini indulsisse, pudicitiamq3 eum tantam inter tot captiuos habuisse, vt in Africa natum quis negaret. †serpentũ. Annibalis Philopœmenis & Scipionis Africani mors.

Annibalis temperãtia ac moderatio. Mortuus autem est 70. ætatis suæ anno.

Moderationis certè eius fuit: vt cùm diuersarum gentium exercitum rexerit, neq3 insidijs suorum militum sit petitus vnquam, neq3 fraude proditus, cum vtrunque hostes sæpè tentassent.

IVSTINI HISTORICI LIBER XXXIII.

Bellum Romanorum cum Perseo Macedoniæ Rege.

Minore quidem rerum motu Romani Macedonicum, quàm Punicum bellum gesserunt, sed tantò clarius, quantò nobilitate Macedones Pœnos antecesserunt. Nam cùm gloria Oriētis domiti, tum auxilijs omnium Regum iuuabantur. Itaq; Romani, & legationes plures numero conscripserunt, & auxilia à Masinissa Rege Numidarum, cæterisq; socijs omnibus† acceperunt. Et Eumeni Regi Bithyniæ denunciatum, vt bellum summis viribus iuuaret. Perseo prater Macedonicum exercitum inuictæ opinionis, decennij belli sumptus à patre paratus in thesauris, & in horreis erat.

† acciuerunt

Perseus Macedoniæ Rex.

Octingentos tritici modios habuisse, Plutarch. scribit.

Quibus rebus inflatus, & oblitus fortunæ paternæ veterem Alexandri gloriam considerare suos iubebat.

Cæsa sunt II. M. & D. ex Romanis duce P. Licinio, Plutar. in vita Aemilij.

Primatongressio equitum fuit, qua victor Perseus suspensam omnium expectationem in fauore sui traxit, misit tamen legatos ad Consulem, qui pacem peterent, quam patri suo Romani etiam victo dedissent, impensas belli lege victi susceptur us. Sed Consul Sulpitius, non minus graues, quàm victo leges dixit.

Sulpitius Consul.

Paulus

Paulus Aemilius consul, designatus Imperator in Macedonicum bellum.

Dum hæc aguntur, metu tam periculosi belli Romani Aemilium Paulum Consulem creant, eiq; extra ordinem Macedonicum bellum decernunt: qui cum ad exercitum venisset, non magnam moram pugnæ fecit. Pridie, quàm consereretur bellum, nocte Luna defecit. Triste id ostentum Perseo omnibus præsagientibus, finemq; Macedonici regni portendi vaticinantibus. Lunæ defectio.

Pugna Aemilij & Persei ad Esona & Lycum amnes. M. Cato Catonis oratoris filius exemplum militaris fortitudinis & mirabilis audaciæ. Plutarchus in Paulo Aemilio.

In ea pugna M. Cato Catonis oratoris filius, dum inter confertissimos hostes insigniter dimicat, equo delapsus pedestre prælium aggreditur. Nam cadentem manipulus hostiũ cum horrido clamore velut iacentem obtruncaturus circũsteterat. At ille citiùs corpore †collecto, magnas strages ædidit. Cùm ad vnum opprimendum vndecunq; hostes conuolarent, dum procerum quendam petit gladius ei è manu elapsus, in mediam cohortem hostium decidit. Ad quem recuperandũ vmbone se protegens inspectante vtroq; exercitu, inter mucrones se hostium immersit, recollectoq; gladio multis vulneribus exceptis, ad socios cum clamore omnium reuertitur. Huius audaciã cæteri imitati victoriam peperêre. Perseus rex fuga cum decem millibus talentum Samothraciam defertur. Quem † recollecto

Persei fuga Asylo setu. tans.

Cneus Octauius, ad prosequendum missus à Consule, cum duobus filijs Alexandro, & Philippo cepit, captumq; ad Consulem duxit.

Perseus capitur. Macedonum Reges quot fuerint, sub his quam diu regnum durauerit, floruerit q. Eusebius XL. habet.

Macedonia à Carano, qui primus in ea regnauit, vsque ad Perseum triginta Reges habuit. Quorum sub regno fuit quidem annis noningentis, & viginti tribus, sed rerum non nisi centum nonaginta duobus annis potita: ita cùm in ditionẽ Romanorum cessisset, magistratibus per singulas ciuitates constitutis, libera facta est, legesq; quibus adhuc vtitur, à Paulo accepit. Aetolorum vniuersarum vrbium Senatus cũ coniugibus & liberis, quo dubia fide fuerant, Romã missus, ibiq; ne in patria aliquid nouaret, diu detentus, ægreq; per multos annos legationibus ciuitatum Senatu fatigato, in patriam quisq; suam remissus est.

Aetolorum Senatus Romã missus.

IVSTINI HISTORICI
LIBER XXXIIII.

ROmanis ac Macedonibus subactis, Aetolorumq; viribus principum captiuitate debilitatis, soli adhuc ex Græcia vniuersa, Achæi nimis potentes tunc temporis Romanis videbantur, non propter singularum ciuitatum nimias opes, sed propter cõspirationem vniuersarum. Namque Achæi licèt per ciuitates veluti per membra diuisi sint: vnum tamen corpus, & vnum imperium habent, singularumque vrbium pericula

Belli Achaici origo.

ricula mutuis viribus propulsant. Quærentibus igitur Romanis causas belli, tempestiuè fortuna querelas Spartanorum obtulit, quorum agros Achæi propter mutuum odium depopulabantur. Spartanis à Senatu responsum est, legatos se ad inspiciendas res sociorum, & ob iniuriam demendam in Græciam missuros: sed legatis occultè mandata sunt, vt corpus Achæorum dissoluerent, singulasq; vrbes proprij iuris facerent, quò facilùs ad obsequia cogerentur: & si quæ vrbes contumaces essent, frangerētur. Igitur legati, omnium ciuitatum principibus Corinthum euocatis, decretū Senatus recitant: quid consilij habeāt, aperiunt. Expedire omnibus dicunt, vt singulæ ciuitates leges suas, & iura sua habeant. Quod vbi omnibus innotuit, velut in furorem versi, vniuersum peregrinum populum trucidant.

Legati Romanorum ad Achæos.

Legatos alij violatos referūt, à Critolao Achæorum principe.

Critolaus dubium, an & manu, oratione certè legatos Romanorum violauit.

Legatos quoque ipsos Romanorum violassent, nisi audito tumultu trepidi fugissent. Hæc vbi Romæ nuncciata sunt, statim Senatus Mummio Consuli bellum Achaicum decernit. Qui extemplò exercitu deportato, & omnibus strenuè prouisis, pugnandi copiam hostibus fecit.

Florus: Victi sunt primùm Achæi à Metello ad Thermopylas, postremò sub Isthmi faucibus à L. Mummio Consule.

Sed Achæi velut nihil negotij Romano bello suscepissent, ita apud eos neglecta omnia, & soluta fuēre. Itaq; prædam, non prælium cogitantes, vehicula ad

spolia hostium reportanda duxerunt, & coniuges liberosq; suos ad spectanda certamina, in montibus posuerunt. Sed prælio commisso, ante oculos suorum cæsi, lugubre his spectaculum sui, & grauem luctus memoriam reliquerunt. Coniuges quoq; & liberi eorũ, de spectatorib. captiui facti, præda hostiũ fuêre. Vrbs ipsa Corinthus diruitur, populus omnis sub corona venditur, vt hoc exemplo cæteris ciuitatibus metus nouarum rerum imponeretur.

Corinthus diruitur.

Aes Corinthiacum.

Antiochus Epiphanes, Ptolemæo Epiphanes infert bellum, seu vt Iosephus vult, Philomatori.

Dum hæc aguntur, Rex Syriæ Antiochus Ptolemeo maiori sororis suæ filio Regi Aegypti bellum infert, segni admodum, et quotidiana luxuria ita marcido, vt non solùm Regiæ maiestatis officia intermitteret, verùm etiam sensu hominis nimia segnitia careret.

Alexandriam obsidebat Antiochus, Cicero in VIII. Antoniana. P. Popilius Romanorum legatus. Est autẽ exemplum prudentis & constantis viri Popilius.

Pulsus igitur regno ad fratrem minorem Ptolemæum Alexandriã confugit, participatoq; cum eo regno, Romam legatos ad Senatũ mittunt, auxilia petunt, fidem societatis implorãt. Mouêre senatum preces fratrum. Mittitur igitur legatus. P. Popilius ad Antiochum, qui abstinere eum Aegypto, aut si iam incessisset, excedere iuberet. Cùm in Aegypto eum inuenisset, osculumq; ei Rex obtulisset (nam coluerat

inter

inter cæteros P. Popilium Antiochus, cùm Romæ obsses esset.) tunc Popilius facescere interim priuatam amicitiam iubet, cùm mandata patriæ intercedãt, prolatoq; Senatus decreto, et tradito, cùm cunctari regem videret, consultationemq; ad amicos referre. Ibi Popilius virga, quam in manu gerebat, amplo circulo inclusum, amicos capere, & consulere iubet, nec priùs inde exire, quàm responsum Senatui daret, aut pacẽ, aut bellum cum Romanis habiturũ. Adeoq; hæc asperitas animum Regis fregit, vt pariturum se Senatui responderet. Reuersus in regnum Antiochus decedit, relicto paruulo admodum filio, cui cùm tutores dati à populo essent, patruus eius Demetrius, qui obses Romæ erat, cognita morte Antiochi fratris, Senatum adijt: obsidemq; se viuo fratre veniſſe, quo mortuo, cuius obses sit se ignorare. Dimitti igitur se ad regnum petendum æquum esse, quod sicuti iure gentium maiori fratri cesserit, ita nunc sibi, qui pupillum ætate antecedat, deberi.

Antiochus Epiphanes moritur, relicto Antiocho Eupatore filio.

Demetrius obses è Roma aufugit, Hostiam Tyberinam intelligit.

Cùm se nõ dimitti animaduerteret à Senatu, tacito iudicio tutius apud pupillum, quàm apud illum regnum futurum arbitrante, specie venãdi ab vrbe profectus, † Hostiæ tacitus cùm fugæ comitibus nauem conscendit. Delatus in Syriam secundo fauore omniũ excipitur, regnumq; ei occiso pupillo à tutoribus traditur. Eodem tempore fermè Prusias rex Bithyniæ consilium cepit interficiendi Nicomedis filij, dum consulere studet minoribus filijs quos ex nouerca eius su-

† Alij hostis Demetrius σωτὴρ Syriæ Rex.

Brusias Bithyniæ rex.

sceperat, & Romæ habebat.

Η δὲ καὶ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίαν. Est autem exemplum parricidij.

Sedres adolescenti ab his, qui facinus susceperãt, proditur, hortatiq; sunt, vt crudelitate patris prouocatus occupet insidias, & in auctorem retorqueat scelus: nec difficilis persuasio fuit. Igitur cùm accitus, in patris regnum venisset, statim rex appellatur. Prusias regno spoliatus à filio, priuatusq; redditus, etiã à seruis deseritur. Cum in latebris ageret, non minori scelere, quàm filium occidi iusserat, à filio interficitur.

Prusias à filio necatus.

IVSTINI HISTORICI
LIBER XXXV.

Demetrius occupato Syriæ regno, nouitatis suæ odium periculosum ratus, ampliare fines regni statuit, etiam opes augere finitimorum bellis. Itaq; Ariarathi Regi Cappadociæ, propter fastiditas sororis nuptias infestus, fratrẽ eius Holofernem per iniuriam regno pulsum, supplicem recepit. Datumq; sibi honestum belli titulum gratulatus, eum restituere in regnum statuit. Sed Holofernes ingrato animo, inita cum Antiochensibus pactione, offensus tunc à Demetrio, pellere ipsum regno, à quo restituebãtur, consilium accepit. Quo cognito, Demetrius quidem vitæ eius ne Ariarathes metu fraterni belli liberaretur, pepercit. Ipsum autem comprehensum, vinctum Seleuciæ custodire iubet. Nec Antiochenses iudicio territi, à defectione destiterunt.

Ariarathes Cappadociæ Rex.

Exemplum ingratitudinis Holofernes.

Prom-

Prompalus infimæ sortis homo, regnum Syriæ occupat.

Itaq; adiuuantibus & Ptolemæo Rege Aegypti, & Attalo Rege Asiæ, & Ariarathe Rege Cappadociæ, bello à Demetrio lacessitis, subornāt Prompalum quēdam sortis extremæ iuuenem, qui, Syriæ velut paternum regnum armis repeteret: & ne quid cōtumeliæ deesset, nomen ei Alexandri inditur, genitusq; ab Antiocho Rege dicitur. Tantum odium Demetrij apud omnes erat, vt æmulo eius, nō vires regiæ tantū, verùm etiam generis nobilitas consensu omnium tribueretur: Igitur Alexander admirabili varietate rerum, pristinarum sordium oblitus, totius fermè Orientis viribus succinctus, bellum Demetrio infert, victumque vita pariter ac regno spoliat: quanquàm Demetrio nec animus in propulsando bello defuit. Nam & primo prælio hostem fugauit, & regibus bellum restituentibus, multa millia cecidit in acie. Ad postremum tamen inuicto animo inter cōfertissimos hostes fortissimè dimicans, cecidit. Initio belli, Demetrius duos filios apud hospitem suum Gnidium, cum magno auri pondere demandauerat, vt & à belli periculo eximerentur, & si ita sors tulisset, vltioni paternæ seruarentur. Ex his maior Demetrius annos pubertatis egressus, audita Alexandri luxuria, quem insperatæ opes, & alienæ fœlicitatis ornamēta, velut captiuum inter scortorum greges desidem, in regia tenebant, auxiliantibus Cretensibus, securum, ac nihil hostile metuentem aggreditur.

ἐπιφάνημα.

Demetrius Soter vincitur & interficitur.

Gnidius.

Alexander Prompalus & vita & regno

quod facilè quæsiuerat, facilè spoliatur.

Antiochenses quoq; veterem patris offensam, nouis meritis correcturi, se ei tradunt, sed & milites paterni, fauore iuuenis accensi, prioris sacramenti religionem, noui regis superbiæ præferentes, signa ad Demetrium transferunt: atq; ita Alexander non minori impetu fortunæ desertus, quàm elatus, primo prælio victus interficitur, deditq; pœnas & Demetrio, quem occiderat, & Antiocho, cuius mentitus originem fuerat.

IVSTINI HISTORICI LIBER XXXVI.

Demetrius Demetrij filius Siriæ Rex Parthis bellū infert.

Recuperato paterno regno Demetrius, & ipse rerum successu, corruptis vitijs adolescentiæ, in segnitiē labitur, tantumq; contemptum apud omnes inertiæ, quantum odium ex superbia pater habuerat, cōtraxit. Itaq; cū ab imperio eius passim ciuitates deficerent ad abolendam segnitiæ maculam, bellū Parthis inferre statuit.

Arsacides Parthorum Rex.

Cuius aduentum non inuiti Orientis populi videre: et propter Arsacidæ regis Parthorum crudelitatem, & quod veteri Macedonum imperio noui populi assueti, superbiam indignè ferebant. Itaq; cùm & Persarum, & Elimeorum, Bactrianorumq; auxilijs iuuaretur,

Demetrius vincitur & capitur.

multis prælijs Parthos fudit. Ad postremum tamē pacis simulatione deceptus, capitur: traductusq; per ora ciuitatum, populus qui desciuerat, in ludibrium fauoris ostenditur. Missus deinde in Hircaniam benignè & iuxta cultum priſtinæ fortunæ habetur.

Triſo-

Trifonem alij Diodorum appellare viden-
tur. Vide Sabellicum Iosephum.

Dum hæc aguntur, interim in Syria Trifo, qui se tutorem Antiocho Demetrij priuigno substitui à populo laborauerat, occiso pupillo, regnum Syriæ inuadit. Quo diu potitus, tandem exolescente fauore recentis imperij, ab Antiocho puero admodum Demetrij fratre, qui in Asia educabatur, bello vincitur, rursusq; regnum Syriæ ad sobolem Demetrij reuertitur. Antiochus Sedetes Syriæ rex.

Igitur Antiochus memor, quòd etiam pater propter superbiam inuisus, & frater propter segnitiem contemptus fuisset, ne in eadem vitia incideret, accepta in matrimonium Cleopatra vxore fratris, ciuitates, quæ imitio fraterni imperij defecerant, summa industria persequitur: domitasq; rursus regni terminis adiecit. Iudæos quoq; qui in Macedonico imperio sub Demetrio patre armis se in libertatẽ vendicauerant, subegit. Quorum vires tantæ fuêre, vt post hunc nullum Macedonum regem tulerint, domesticisq; imperijs vsi, Syriam magnis bellis infestauerint. Iudæorum virtus.

Iudæorum origo: Cuius veritatem ex sacris literis, non hinc petes.

Fuit nanq; Iudæis origo Damascena, quæ Syriæ nobilissima ciuitas est, vnde & à Syrijs regibus genus ex regina Semiramide fuit, nomen vrbi à Damasco rege inditum, in cuius honore Syrij sepulchrum Arathis vxoris eius p templo coluêre, deamq; exinde sanctissimæ religionis habent. Post Damascũ Abraham, Moses, Israël reges fuêre. Sed Israëlem fœlix decem filiorum proventus maioribus suis clariorem fecit. Damascus. Abraham. Moses. Israël.

Itaq;

Iudęi à Iuda dicti.

Itaq; populum in decem regna diuisum filijs tradidit, omnesq; ex nomine Iudæ qui post diuisionem decesserat, Iudæos appellauit: coliq; eius memoriam ab omnibus iussit.

Ideò Ioseph inuisum fuisse fratribus in Genesi scriptum est, quod plus omnibus fratribus diligeretur à patre Israële.

Eius portio omnibus accesserat, minimusq; inter fratres ætate Ioseph fuit, cuius excellens ingeniũ veriti fratres, clàm interceptum peregrinis mercatoribus vendiderunt, à quibus deportatus in Aegyptum, cum magicas ibi artes solerti ingenio percepisset, breui ipsi † regi percharus fuit. Nam & prodigiorum sagacissimus erat, & somniorum primus intelligentiam condidit, nihilq; diuini iuris, humaniq; ei incognitum videbatur. Adeò, vt etiam sterilitatem agrorum ante multos annos prouiderit: periisset q; omnis Aegyptus fame, nisi monitu eius Rex edicto seruari per multos annos fruges iussisset. Tantaq; experimenta eius fuerunt, vt non ab homine, sed à Deo responsa dari viderentur. Filius eius Moses fuit, quem etiam præter paternæ scientiæ hæreditatem, forma pulchritudo commendabat. Sed cum scabiem Aegyptij, & pruriginẽ paterentur, responso moniti, eum cum agris, ne pestis ad plures serperet, terminis Aegypti pellunt. Dux igitur exulum factus, sacra Aegyptiorum furto abstulit: quæ repetentes armis Aegyptij, domum redire tempestatibus compulsi sunt. Itaq; Moses Damascena patria antiqua repetita, montẽ Syneum occupat, in quo septem dierum ieiunio per deserta Arabiæ cum populo

† Pharaoni. Ioseph laus

Moses.

Synai mons

pulo suo fatigatus, cùm tãdem venisset, septimũ diem more gentis Sabbatũ appellatũ, IN OMNE AEVVM IEIVNIO SACRAVIT: quoniam ille dies famem illis, errorem q; finierat. Et quoniam metu cõtagionis pulsos se ab Aegypto meminerant, ne eadem causa inuisi apud incolas forent, cauerunt, ne cũ peregrinis communicarent, quod ex causa factum paulatim in disciplinam, religionem q; conuertit. Sabbati instituio.

Secus aliquantò habet historia sacra.

Iudæorum successus ac opes.

Post Mosen, etiã eius filius Aruas Sacerdos sacris Aegyptijs mox rex creatur, semper q; exinde hic mos apud Iudæos fuit, vt eosdem & reges & sacerdotes haberent. Quorum iustitia religione permixta, incredibile, quantum coaluêre. Opes genti ex vectigalibus opobalsami creuêre, quòd in his tantùm regionibus gignitur. Est nam q; vallis, quæ continuis montibus, velut muro quodam cincta, ad instar hortorum claditur. Spatium loci ducenta millia iugera, nomine Iericho dicitur. In ea valle sylua est, & vbertate, & amœnitate insignis. Siquidem palmeto, & opobalsamo distinguitur. Arbores opobalsami formam similem † piceis arboribus habent, nisi, quòd sunt humiles magis, & in vinearum morem excoluntur. Hæ certo tempore anni balsamum sudant. Sed non minor loci eius opacitatis, quàm vbertatis admiratio est. Quippe, cũ toto orbe regionis eius ardentissimus Sol sit, ibi tepida aëris naturalis quædam ac perpetua opacitas inest. In ea regione lacus est, qui propter magnitudinem et aquæ immobilitatem Mortuum mare dicitur. Nam neq; vento mouetur, resistente turbinibus bitumine, quo

Iericho.

Opobalsami descriptio.

† pineis.

Balsamum.

Mare mortuum.

quo aqua omnis stagnatur: neq; nauigationis patiens est, quoniam omnia vita carentia in profundum mergunturnec materiam vllam sustinet, nisi quæ alumine †illinatur. Primus Xerxes rex Persarum Iudæos domuit. Postea cum ipsis Persis in ditionem Alexandri Magni venêre, diuq; in potestate Macedonici imperij fuêre. A Demetrio cùm desciuissent amicitia Romanorum petita, primi omnium ex Orietalibus libertatem receperunt, facilè tunc Romanis de alieno largientibus. Per eadem tempora, quibus in Syria regni mutatio inter nouos reges alternabatur, in Asia Rex Attalus, florentissimum, & ab Eumene patruo acceptum regnum cædibus amicorum & cognatorum supplicijs fœdabat, nunc matrem anum, nunc Beronicen sponsam maleficijs eorum necatas confingens. Post hanc scelestam violentiæ rabiem, squalidam vestem sumit, barbam, capillumq; in modum reorum summittit: non in publicum prodire, non populo se ostendere, non domi lætiora conuiuia inire, aut aliquod signũ sani hominis habere, prorsus vt pœnas pendere manibus interfectorum videretur.

† Illutatur. Xerxes.

De Attalo Pergami rege.

Exemplum varij & inconstantis ingenij est Attalus.

Omissa deinde regni administratione hortos fodiebat, gramina seminabat, & noxia innoxijs permiscebat: eaq; omnia veneni succo infecta, velut peculiare munus amicis mittebat. Ab hoc studio æraria artis fabricæ se tradidit, cæterisq; fingendis, & are fundẽdo, procudendoq; oblectabatur. Matri deinde sepulchrũ facere instituit, cui operi intẽtus, morbum ex sólis ardore

dore contraxit, & septima die decessit. Huius testamento hæres populus Rom tunc instituitur. Sed erat ex Eumene Aristonicus non iusto matrimonio, sed expellice Ephesia Citharistæ cuiusdam filia genitus, qui post mortem Attali, velut paternum regnum inuasit Asiam.

Attali mors. Mindum, Samum, & Colophonem intelligit Florus.

Cùm multa secũda prælia aduersus ciuitates, quæ metu Romanorum se tradere ei nolebant, fecisset, iustusq; rex iam videretur, Asia Licinio Crasso Consuli decernitur.

P. Licinius Crassus Pontifex maximus vincitur, & occiditur ab Aristonico. Appellat autem eum prætorem Florus.

Qui intentior Attalicæ prædæ quàm bello, cùm extremo anni tempore inordinata acie prælium conseruisset, victus, pœnas inconsultæ auaritiæ sanguine dedit.

M. Perpenna Aristonicum vincit, & captũ Romam mittit, vbi in carcere Patrum iussu est necatus Anno CCCCLXV. Vrbis conditæ, Plinius lib. 13. cap. 3.

In huius locum missus Perpenna Consul, prima congressione Aristonicum superatum, in potestatem suam redegit, Attalicasq; gazas hæreditarias, populi Romani nauibus impositas, Romam deportauit. Quod ægrè ferens successor eius M. Aquilius Consul ad diripiendum Aristonicum Perpennæ, veluti sui potius triumphi munus esse deberet, festinata velocita-

velocitate contendit. Sed contentionem Consulum mors Perpennæ diremit. Sic Asiæ facta Romanorum cum opibus suis vitia quoq; Romam transmisit.

IVSTINI HISTORICI LIBER XXXVII.

Massilienſium apud Romanos gratia.

Capto Aristonico Massilienses pro Phocensibus conditoribus suis, quorum vrbem Senatus, & omne nomen, quod tunc & anteà Antiochi bello infesta contra populum Romanum arma tulerant, deleri iusserat: legatos Romam misêre, deprecantes, veniamq; ijs à Senatu obtinuêre. Post hæc regibus, qui aduersus Aristonicum auxilia tulerant, præmia persoluta, Mithridati Pontico Syriæ minor, filijs Ariarathis regis Cappadociæ, qui eodem bello ceciderat, Lycaonia, & Cicilia datæ, fideliorq; Populus Romanus in socij filios, quàm mater in liberos fuit. Quippe hinc paruulo auctum regnum, inde vita adempta. Namque Laodice ex numero sex filiorum, quos virilis sexus ex Ariarathe rege susceperat, timens ne diutina regni administratione adultis quibusdam potiretur, quinque parricidiali veneno necauit: vnum paruulum sceleri matris cognatorum custodia eripuit, qui post necem Laodices (nam propter crudelitatem eam populus extinxerat) solus regno potitus est.

Exemplum impietatis maternæ erga filios Laodicæ.

Mithridates Ponti Rex cum Romanis gessit bella per annos XLVI.

Mithridates quoq; repentina morte interceptus, filium, qui & ipse Mithridates dictus est, reliquit, cuius ea po-

ea posteà magnitudo fuit, vt non sui tantùm temporis verùm etiam superioris ætatis omnes reges maiestate superauerit, bellaq; cum Rom. per XLVI. annos varia victoria gesserit. Quem summi imperatores Sylla, Lucullus, cæteriq;, in summa Cn. Pompeius ita vicerunt, vt maior, clariorq; resurgeret in restaurando prælio, damnisq; suis terribilior redderetur. Deniq; ad postremum non vi hostili victus, sed voluntaria morte in auito regno senex hærede filio decessit.

Prodigia in Mithridatis ortu.

Huius futuram magnitudinem etiã cælestia ostenta prædixerant. Nam & quo genitus est anno, & eo, quo regnare primum cœpit, stella cometes per vtrunque tempus LXX. diebus ita luxit, vt cælum omne cõflagrare videretur. Nam & magnitudine sui quartam partem cæli occupauerat, & fulgore sui Solis nitorem vicerat, & cùm oriretur, occumberetq;, quatuor spatium horarum consumebat. Cometes ingens.

Mithridatis in pueritia pericula & studia.

Puer tutorum insidias passus est, qui eum fero equo impositum, equitare, iaculariq; cogebant, qui conatus, quum eos fefellisset, supra ætatem regente equum Mithridate, veneno eum appetiuêre.

In summam senectutem beneficio Antidoti euasit, cuius Plinius meminit lib. 28.

Quod metuens Antidota sæpiùs bibit: & ita sẽ aduersus insidias exquisitioribus remedijs stagnauit, vt ne volens quidem senex veneno mori potuerit: timens deinde, ne inimici quòd veneno non potuerant,

Mithridatis venationes.

ferro peragerent, venandi studium finxit. Quapropter quatuor annos neq; vrbis, neq; ruris tecto vsus est, sed syluas vagatus est, et diuersis montium regionibus pernoctabat, ignaris omnibus, quibus esset locis assuetus feras cursu aut fugare, aut persequi, cū quibusdam etiam viribus congredi. Quibus rebus & insidias vitauit, & corpus ad omnem virtutis patientiam durauit. Ad regni deinde administrationem cùm accessisset, statim non de regendo, sed de augendo regno cogitauit. Itaq; Scytas inuictos anteà, qui Zopyrona Alexandri Magni ducē, cum triginta millibus armatorum deleuerant, qui Cyrū Persarum Regem, cum ducentis millibus armatorum trucidauerūt, qui Philippum Macedonum regem fugauerant, ingenti fœlicitate perdomuit. Auctus igitur viribus, Pontū quoque ac deinde Cappadociam occupauit. Asiam cum quibusdam amicis, tacitus à regno profectus, nemine sciente peruagatus est, omniumq; vrbium situs ac regiones cognouit. Inde Bithyniam trāscendit, et quasi iam dominus Asiæ, oportuna quæq; victoriæ suæ meditatus est. Post hæc in regnum cùm iam perijsse crederetur, reuersus est, intento paruulo filio, quem per absentiam eius Laodice, soror vxorq; enixa fuerat. Sed inter gratulationem, post longam peregrinationem aduentus sui, & filij genti, veneno periclitatus est. Siquidem Laodice soror, cùm perijsse eum crederet, in concubitus amicorum proiecta, quasi admissum facinus maiorum scelere tegere posset, venenum aduenienti parauit.

Regni administratio.

Bella Mithridatis.

Scythæ vincuntur à Mithridate.

Mithridatis solertia.

Laodices scelus.

Malum consilium, consultori pessimum.

Quod

Quod cùm ex ancilla Mithridates cognouisset, fa- Studia & exercitia Mithridatis.
cinus in auctores vindicauit. Hyeme deinde imminente, non in conuiuio, sed in campo, non in vacationibus, sed in exercitationibus: nec inter sodales, sed inter aequales aut equo, aut cursu, aut viribus contendebat. Exercitum quoq; suũ ad parẽ laboris patientiã quotidiana exercitatione durabat: atq; ita inuictus ipse, insuperabilem exercitum fecerat. Inita deinde cum Nicomede societate, Paphlagoniã inuadit, victamq; cum socio diuidit: quã cùm teneri à regibus Senatui nunciatum esset, legatos ad vtrũq; misit, qui gentem restitui in pristinum statum iuberent. Mithridates, cũ se parem iam magnitudini Romanæ crederet, superbo responso hæreditarium patri suo regnum obuenisse respondit: mirariq; se, quæ ei controuersia relata nõ fuerit, sibi referant. Nec territus minus Galatiã quoque occupat. Nicomedes quoniam se teneri iure nõ poterat, iusto regi redditurum respondit. Atq; ita filium suum mutato nomine, Philemonem Paphlagonum regum nomine appellat: & quasi stirpi regiæ reddidisset regnum, falso nomine tenet. Sic ludibrio habiti legati Romam reuertuntur. Nicomedis fraus.

IVSTINI HISTORICI
LIBER XXXVIII.

Mithridates parricidia à nece vxoris auspicatus, sororis alterius Laodices filios, cuius virum Ariarathem regem Cappadociæ per Gordium insidijs occiderat, tollendos statuit: nihil actum morte patris existimans, si adolescentes Mithridatis scelera & parricidia.

scentes paternũ regnum, cuius ille cupiditate flagrabat, occupassent. Igitur dũ in his occupationibus versatur, interim Nicomedes rex Bithyniæ vacuã morte regis Cappadociam inuadit. Quod cùm nunciatum Mithridati fuisset, per simulationem pietatis, auxilia sorori ad pellẽdum Cappadocia Nicomedem mittit. Sed iam Laodice per factionem se Nicomedi in matrimonium tradiderat. Quod ægrè ferens Mithridates, præsidia Nicomedis Cappadocia expellit, regnũq; sororis filio restituit: egregium prorsus factũ, nisi subsecuta fraus esset. Siquidem interiectis diebus, simulat se Gordium, quo ministro vsus in Ariarathe interficiendo fuerat, restituere in patriam velle: sperans, si obsisteret adolescens, causas belli futuras, aut si permitteret, per eundem filium tolli posse, per quem interfecerat patrem. Quod vbi Ariarathes iunior moliri cognouit, indignè ferens interfectorem patris per auunculum potissimè ab exilio reuocari, ingentem exercitum contrahit.

Nicomedes Capadociã inuadit.

Mithridatis fraus.

Mithridates per dolum Ariarathen obtruncat.

Igitur, cùm in aciem eduxisset Mithridates peditum octoginta millia, equitum X. millia, currus falcatos, D.C. nec Ariarathi, auxiliantibus finitimis regibus, minores copiæ essent, incertum bellum timẽs, cõsilia ad insidias transfert, sollicitatoq; iuuene ad colloquium, cùm ferrum occultatum inter fascias gereret, scrutatori, ab Ariarathe regio more misso curiosiùs imum ventrem pertractanti, ait: caueret, ne aliud telum inueniret, quàm quæreret. Atq; ita risu protectis

insidijs

insidijs † seuocatum ab amicis velut in secretũ sermo- †euocatum.
nem, spectãte vtroq; exercitu interficit: regnũ Cappadociæ VIII. annorum filio impositio Ariarathis nomine, additoq; ei rectore, Gordio tradit. Sed Cappadoces crudelitate, ac libidine præfatorum vexati, à Mithridate deficiunt, fratrẽq; regis & ipsum Ariarathen nomine, ab Asia, vbi educabatur, reuocant: cùm quo Mithridates prælium renouat, victumq; Cappadocia regno expellit. Nec multò pòst, ex ægritudine adolescẽs collecta infirmitate decedit. Post huius mortem Nicomedes timens, ne Mithridates accessione Cappadociæ etiam Bythyniam finitimam inuaderet, subornat puerũ eximiæ pulchritudinis, quasi Ariarathes tres, non duos filios genuisset, qui à Senatu Romano paternum regnũ peteret. Vxorem quoq; Laodicen Romam mittit, ad testimoniũ trium ex Ariarathe susceptorum filiorum. Quod vbi Mithridates cognouit, & ipse pari impudentia Gordium Romã mittit, qui Senatui adsereret puerum, cui Cappadociæ regnum tradiderat ex eo Ariarathe genitum, qui bello Aristonici, auxilia Romanis ferens cecidisset. Sed Senatus studia regum intelligens, aliena regna falsis nominibus dare voluit, & Mithridati Cappadociam, & Nicomedi ad solatium eius Paphlagoniã ademit. Ac ne contumelia Regum foret, ademptum illis, quod alijs daretur, vterq; populus libertate donatus est. Sed Cappadoces munus libertatis abnuentes, negant viuere gentem sine Rege posse.

Contentio regum de Cappadociæ regno.

De hoc rege Cicero in oratione pro Lege Manilia.

Ariobarzanes Cappadociæ Rex.

Atq; ita rex illis à Senatu Ariobarzanes cõstituitur. Erat eo tempore Tigranes Rex Armeniæ obses à Parthis ante non multum tempus datus, olim ab ijsdẽ in regnum paternum remissus. Hunc Mithridates ad societatem Romani belli, quod olim meditabatur, pel licere cupiebat. Nihil igitur de offensa Romanorum sentiẽtem per Gordium impellit, vt Ariobarzani regni admodum bellum inferat: & ne quis dolus subesse videretur, filiam suam Cleopatram ei in matrimoniũ tradidit. Primo ergò aduẽtu Tigranis, Ariobarzanes sublatis regibus suis Romam contendit. Atq; ita per Tigranem rursus Cappadocia iuris esse Mithridatis cœpit. Eodem tempore mortuo Nicomede etiam filius eius, & ipse Nicomedes regno à Mithridate pellitur: qui cùm supplex Romam venisset, decernitur in Senatu, vt vterq; in regnum suum restituatur: in quod tamen missi † Aquilius Manlius, & Malthinius legati. His cognitis Mithridates societatẽ cum Tigrane, bellum aduersus Romanos gesturus iungit: pactiq; inter se sunt, vt vrbes agriq; Mithridati, homines verò & quæcunq; auferre possent, Tigrani cederent.

Tigranes Armeniæ Rex.

Cleopatra.

Ariobarzanes Romã aufugit.

† alij Aquilius, & M. Attilius.

Mithridatis apparatus in Romanum bellum.

Post hæc Mithridates intelligens quantum bellum suscitaret, legatos ad Cymbros, alios ad Gallogræcos, & Sarmatos, Bastarnasq; auxilium petitum mittit. Nam omnes has gentes cùm Romanum meditaretur bellum, varijs beneficiorum muneribus iam antè illexerat. Ab Scythia quoq; exercitum venire iubet, omnemq; Orientem aduersus Romanos armat.

armat. Non igitur magno labore Aquilium, & Malthinium Asiano exercitu instructos vicit: quibus simul cum Nicomede pulsis, ingenti fauore ciuitatum excipitur. Multum ibi auri argentiq;, studio veterum regum, magnumque belli apparatum inuenit: quibus instructus, debita ciuitatibus publica, & priuata remittit, & vacationem quinquennio concedit. Tunc ad concionem milites vocat, eosque variis exhortationibus ad Romana bella, siue Asiana incitat. Quam orationem dignam duxi, cuius exemplum breuitati huius operis insererem: quam obliquam Pompeius Trogus exposuit, quoniam in Liuio, & Sallustio reprehendit, quòd conciones directas, pro sua oratione operi suo inserendo, historiæ modum excesserint.

Mithridatis prima victoria de Romanis.

Quid Trogus in Liuio & Sallustio reprehenderit.

Oratio Mithridatis ad milites, generis deliberatiui.

Optandum sibi fuisse, ait, vt de eo liceret consulere, bellúmne sit cum Romanis, an pax habenda? quin verò sit †resistendum impugnãtibus, nec eos quidẽ dubitare, qui spe victoriæ careant. Quippe aduersus latrones, si nequeant pro salute, pro vltione tamen sua omnes ferrum stringere. Cæterùm, quia nõ id agitur, an liceat quiescere, non tantùm animo hostiliter, sed etiã prælio congressis consulere, qua ratione ac spe cœpta bella sustineant, esse tamen sibi victoriæ fiduciam, si sit illis animus: Romanos q; vinci posse cognitum non sibi magis, quàm ipsis militibus, qui in Bythinia Aquilium, & Malthinium in Cappadocia fuderint. At si quidem aliena magis exempla, quàm sua experimẽta

†insistendũ. Propositio.

A necessario.

A facili.

Ab exẽplis

moueant, audire se à Pyrrho Rege Epiri, non amplius, quàm quinq; millibus Macedonũ instructo, fusos tribus prælijs Romanos. Audire Annibalem XVI. annos Italiæ victorem immoratum, & quin ipsam caperet vrbem, non Romanorum illi vires obstitisse, sed domestica æmulationis, atq; inuidiæ studium. Audire populos transalpinæ Galliæ Italiam ingressos, maximis eam, plurimisq; vrbibus possidere, & latius aliquantò solum finium, quàm in Asia, quæ dicatur imbellis, eosdẽ Gallos occupasse, nec victam solùm dici Romam à Gallis, sed etiam captam: ita, vt vnius illis montis tantũ cacumen relinqueretur, nec bello hostẽ, sed pretio remotũ. Gallorum autẽ nomen, quod semper Romanos terruit, in partem virium suarum ipse habeat. Nam hos, qui Asiam incolunt Gallos, ab illis, qui Italiam occupauerant, sedibus tantũ distare, originem quidem ac virtutem, genusq; pugnæ idem habere, tantoq; his sagaciora esse ingenia, quàm illis, quantò longiori, ac difficiliori spatio per Illyricum, Thraciamq; prodierunt, penè operosius transitis illorum finibus, quàm vrbi consedêre, possessis.

Exemplorũ congeries.

Samnites intelligit, à quibus Romani sunt sub iugum missi. Liuius IX. ab vrbe.

Iam ipsam Italiam audire se, nunquàm, vt Roma condita sit, satis illi pacatã, sed assiduè per omnes annos pro libertate alios: contrà quosdam etiam pro iure imperij, bellis continuis perseueraſſe: quos à multis ciuitatibus Italiæ deletos Romanorum exercitus †ferro: à quibusdam nouo contumeliæ more sub iugum missos: ac ne veteribus immoremur exemplis, hoc ipso tempo-

†ferri.

Ab oportuno.

tempore vniuersam Italiam bello Marsico consurrexisse: non iam libertatem, sed consortium imperij, ciuitatisq; poscente.

Anno D. C. LXII. simul ciuilia bella & Mithridatica cœperunt, Orosius.

Nec grauiùs vicino Italiæ bello, quàm domesticis principum factionibus vrbem premi: multoq; periculosiùs accessisse Italico ciuile bellum, simul & à Germania Cimbros immensam illam ferorum, atq; immitium populorum, moræ procellæ illuuiem, inundâsse Italiam. Quoniam tametsi singula bella sustinere Romani possent, vniuersis tamen obruantur, vt, ne vacaturos quidem bello suo putent. Vtendum igitur occasione, & rapienda incrementa virium: ne si illis occupatis quieuerint, mox aduersus vacuos & quietos maius negotium habeant: Non enim quæritur, an capienda sint arma, sed vtrũ suapotiùs occasione, an illorum. Nam bellum equidem iam tũc secum ab illis geri cœptum, cùm sibi pupillo maiorẽ Phrygiam ademerint, quàm patri suo præmium dati aduersus Aristonicum auxilij cõcesserant, gentemq; quã et pro auo suo Mithridati Seleucus† Callimachus in dotem dedisset. Quid, cùm Paphlagonia se decedere iusserunt, nõ alterum illud genus belli fuisse? quæ non vi, non armis, sed adoptione testamẽti & Regũ domesticorũ interitu hæreditaria patri suo obuenisset: cũ inter hãc decretorum amaritudinẽ parendo, non tamen eos mitigarent, quin acerbiùs se indies gerant, non obtinuisse.

Epilogus huius argumenti.

Ab honesto.

†Callinicus.

Confert sua in Romanos merita cum illorum in se iniurijs.

Contentio.

Quod enim à se non præbitum illis obsequium? non Phrygiam Paphlagoniamq; demissas, non Cappadocia filium eductum, quam iure gentium victor occupauerat. Raptam tamen sibi esse victoriam eius ab illis, quorum nihil est, nisi bello quæsitum. Non regem Bithyniæ Chrestion, in quem Senatus arma decreuerat, à se in gratiam illorum occisum: tamen nihilominus imputari sibi, si qua Gordius, aut Tigranes faciat. Libertatem etiam in contumeliam sui à Senatu vltrò delatam Cappadocia, quàm reliquis gentibus abstulerunt: deinde populos Cappadocum pro libertate oblata Gordium Regem orantem, ideo tanquam amicus suus esset, non obtinuisse. Nicomedem præcepto illorum bellum sibi intulisse, quia inultus ierit. Mithridates ab ipsis ventum obuiam: & nunc eam secum bellandi causam illis fore, quòd non impunè se Nicomedi lacerandum saltatricis filio præbuerit: Quippe non delicta Regum illos, sed vires ac maiestatem insequi, neque in se vno, sed in alijs quoque omnibus, hac semper arte grassatos. Sic & auum suum Pharnacem per cognationū arbitria successaneum Regi Pergameno Eumeni datū. Sic rursus Eumenem cuius classibus primùm in Asia fuere transuecti, cuius exercitu magis quàm suo, & Magnum Antiochum, & Gallos in Asia, & mox in Macedonia Regem Persen domuerant: & ipsum pro hoste habitum, eiq; interdictum Italia, & quod cum ipso deforme sibi putauerant, cum filio eius Aristonico bellum gessisse. Nullius apud eos maiora quàm Masinissæ Regis Numidarum haberi merita. Huic imputari victum

Vocat in inuidiam Romanos.

ctum Annibalē, huic captum Syphacem, huic Carthaginem deletā, huic inter duos illos Africanos, tertiū seruatorē vrbis referri. Tamen, cum huius nepote bellum modò in Africa gestū, adeò inexpiabile, vt ne victum quidem memoriæ patris donarent, qui carcerem, ac triumphi spectaculum experiretur. Hanc illos omnibus Regibus legem odiorum dixisse scilicet, quia ipsi tales Reges habuerint: quorum etiam nominibus erubescāt, aut pastores Aboriginū, aut aruspices Sabinorū, aut exules Corinthiorū, aut seruos vernasq; Thuscorum, aut quod honoratissimum nomen fuit inter hos superbos, atq; (vt ipsi ferūt) cōditores suos lupæ vberibus alitos: sic omnem illum populum luporum animos habere inexplebiles: sanguinis, atque imperij diuitiarumq; auidos ac ieiunos. Se autem, seu nobilitate illis cōparetur, clariorem illa colluuie conuenarū esse, qui paternos maiores suos à Cyro, Darioq; cōditoribus Persici regni, maternos à Magno Alexandro, ac Nicanore Seleuco conditoribus imperij Macedonici referat, seu populus eorum conferat suos, earum se gentium esse, quæ non modò Romano imperio sint pares: sed Macedonico quoq; obstiterint. Nullam sub iectarum sibi gentium expertam peregrina imperia: nullis vnquàm, nisi domesticis regibus paruisse. Cappadociam velint, an Paphlagoniam recensere: rursus Pontum an Bithyniam: itemq; Armeniam maiorem, minoremq;: quarum gentium nullam neque Alexander ille, qui totam pacauit Asiam, nec quisquam successorum eius aut posterorum attigisset. Scythiam duos vnquam ante se Reges non pacare, sed tantùm intrare

Collatiō suæ & Romanorum originis.

A suorum virtute.

A sua persona.

trare ausos Darium, & Philippum: aegrè inde fugam sibi expedijsse, vnde ipse magnam partẽ aduersus Romanos virijs haberet, multoq; se timidius ac diffidentius bella Pontica ingressum, cùm ipse rudis ac tyro esset. Scythiæ præter arma, virtutemq; animi, locorum quoq; solitudinibus vel frigoribus instructæ, per quæ denunciaretur ingens militiæ labor, ac periculum. Inter quas difficultates, ne spes quidem præmij foret ex hoste vago, nec tantùm pecuniæ, sed etiam sedis inopi.

A loco.

Ab vtili seu præmijs.

Nunc se diuersam belli conditionẽ ingredi. Nam neq; cælo Asiæ esset temperantius aliud, nec solo fertilius, nec vrbium multitudine amœnius, magnamq; temporis partem, non vt militiam, sed vt festum diem acturos, bello dubium facili magis, an vberi, si modò aut proximas regni Attalici opes, aut veteres Lydiæ, Ioniæq; adierint: quas non expugnatum eant, sed possessum: tantumq; se expectet auida Asia, vt etiam vocibus vocet: adeò illis odium Romanorum incussit rapacitas Proconsulum, exactio publicanorum, calumniæ litium. Sequantur se modò fortiter, & colligant, quid se duce possit efficere tantus exercitus: quem sine cuiusquam militum auxilio suamet vnius opera viderint Cappadociam caso Rege cepisse: qui solus mortalium Pontum omnem, Scythiamq; pacauit, quem nemo antè transire tutò, atq; adire potuerit. Namque iustitiæ atq; liberalitatis suæ, ne ipsos milites, qui experiantur testes effugere: & illa indicia habere, quòd solus regum omnium nõ paterna solùm, verùm etiam externa regna hæreditatibus, propter munificẽtiam acquisita, possideat, Colchos, Paphlagoniam, Bosphorum.

Peroratio.

Bellum

Bellum Mithridatis in Romanos.

Sic exiccatis militibus post annos XXIII. sumpti regni, in Romana bella descendit.

Ptolemæus Phisco Cyrenarum rex fratris Ptolemæi Philometoris regnum consequitur. In quo nota exemplum crudelitatis & impietatis.

Atq; tunc in Aegypto mortuo Rege Ptolemæo, ei qui Cyreneis regnabat, Ptolemæo per legatos regnū, & vxor Cleopatra regina soror ipsius defertur. Lætus igitur hoc solo Ptolemæus, quòd sine certamine fraternum regnum recepisset, in quod subornari à matre Cleopatra, & fauore principum fratris filium cognouerat. Cæterum infestis omnibus statim vbi Alexandriam ingressus est, fautores pueri trucidare iussit. Ipsum quoq; die nuptiarum, quibus matrem eius in matrimonium recipiebat, inter apparatus epularum, & solennia religionum in complexu matris interficit: Atque ita thorum sororis, cæde filij eius cruentus ascendit: Post quod non mitior in populares, qui eum in regnum vocauerant, fuit. Siquidem peregrinis militibus licentia cædis data, omnia sanguine quotidiè manabant, ipsamq; sororem, filia eius virgine per vim stuprata, & in matrimoniū ascita, repudiat. Quibus rebus territus populus in diuersa labitur: patriamq; metu mortis exul relinquit. Solus igitur in tanta vrbe cū suis relictus Ptolemæus, cùm Regē se nō hominum, sed vacuarum ædiū videret, edicto peregrinos sollicitat: quibus confluentibus, obuius legatis Romanorum, Scipioni Africano, & Spurio Mummio, & L. Metello, qui

Ptolemæus Phisco.

Romanorū legati ad Ptolemæū.

qui ad inspicienda sociorum regna veniebant, procedit, sed quàm cruentus ciuibus omnibus, tam ridiculus Romanis fuit.

Ptolemæi turpis corporis habitus.

Erat enim & vultu deformis & statura breuis, et sagina ventris, non homini, sed belluæ similis. Quam fœditatem nimia subtilitas, & perlucida vestis augebat prorsus, quasi æstu inspicienda præberentur, quæ omni studio occultanda pudibundo viro erant. Post discessum deinde legatorũ, quorum Africanus, dum aspicit vrbem, spectaculo Alexandrinis fuit. Ptolemæus iam etiam populo peregrino inuisus: cum filio, quem ex sorore susceperat, & cum vxore matris pellice, metu insidiarum tacitus in exilium proficiscitur: contractoq; mercenario exercitu, bellum sorori pariter ac patriæ infert.

Immanis Ptolemæi in liberos crudelitas.

Exemplum impietatis in liberos.

Accersitum maximũ deinde à Cyreneis filium, ne eum Alexandrini contra se regem crearet, interficit. Tũc populus statuas & imagines eius detrahit. Quod factum studio Sororis existimans, filium, quem ex ea susceperat, interficit: corpusq; in membra diuisum, & in cista impositum, matri die natalis eius inter epulas adferri curat. Quæres non reginæ tantùm, verùm etiam vniuersæ ciuitati acerba, & luctuosa fuit, tantumq; mœrorem festiuissimo cõuiuio intulit: vt regia, omnis repentino luctu incenderetur. Verso igitur studio principum ab epulis in exequias, membra lacerata populo ostendunt, & quid sperare de Rege suo debeant, filij cæde demonstrant. Finito luctu orbitatis,

Cleopa-

Cleopatra cum vrgeri se fraterno bello videret, auxilium à Demetrio petit Syriæ Rege, per legatos eius, cuius ipsius varij & memorabiles casus fuêre.

Digressio de Demetrij cũ Parthis bello.

Namq; Demetrius (vt suprà dictum est) cùm bellum Parthis intulisset, & multis congressionib. victor fuisset, repentè circumuentus insidijs, amisso exercitu capitur. Cui Arsacides Parthorum Rex magno et regio animo misso in † Hyrcaniam, non cultum tantùm regium præstitit, sed & filium in matrimoniũ dedit: regnumq; Syriæ quod per absentiã eius Trypho occupauerat, restituturũ promittit. Post huius mortẽ desperato reditu, non ferens captiuitatem Demetrius, priuatam, & si opulentam, vitam pertæsus, tacitus in regnum fugam meditatur. Hortator illi ac comes Calimander amicus erat: qui post captiuitatem eius à Syria per Arabiæ deserta ducibus pecunia comparatis, Parthico habitu Babyloniam peruenerat. Sed fugientem Phrahartes, qui Arsacidæ successerat, equitum celeritate per compẽdiosos tramites occupatum retrahit. Vt est deductus ad Regem, Calimandro quidem non tantùm venia, verum etiam præmium fidei datum. Demetrium autem & grauiter castigatum, ad coniugem in Hyrcaniam remittit, & arctioribus† custodijs obseruari iubet.

Demetrij varia fortuna.

† Bithyniã.

Demetrius ex fuga bis retrahitur.

Phrahartes Parthorum rex.

† custodijs.

Exemplum clementiæ in barbaro homine.

Interiecto deinde tempore, cùm fidem illi etiam susceptiliberi facerent, eodem amico comite repetita fuga est: sed pari infœlicitate prope fines regni sui deprehen-

prahenditur, ac denuò perductus ad Regem, vt inuisus à conspectu submouetur. Tunc quoq; vxori & liberis donatus, in Hyrcaniam pœnalem ciuitatem sibi donatam remittitur: talisq; aureis ad exprobrationem puerilis leuitatis donatur. Sed hanc tam Parthorum mitem in Demetrium clementiam, non misericordia gentis, nec respectu cognationis faciebat, sed quòd Syriæ regnum adfectabant, vsuri Demetrio aduersus Antiochum fratrem, prout res, vel tempus, vel fortuna belli exegisset.

Phrahartis consilium.

Antiochi Sedetis in Parthos bellum.

His auditis, Antiochus occupandum bellum ratus, exercitū, quem multis finitimorū bellis indurauerat, aduersus Parthos ducit. Sed luxuriæ non minor apparatus, quàm militiæ fuit. Quippe VIII. millia armatorum secuta sunt XXX. millia lixarum.

(Hanc lectionem magis hîc probo, Octingẽta millia armatorum. CCC. millia lixarũ.)

Ex quibus coquorum, pistorum, scenicorumque maior numerus fuit, argenti certè auriq; tantùm, vt etiam gregarij milites caligas auro figerent: proculcarentq; materiã, cuius amore populi ferro dimicãt. Culinarum quoq; argentea instrumenta fuêre: prorsus, quasi ad epulas, non ad bella pergerẽt. Aduenienti Antiocho multi oriẽtales Reges occurrêre, tradentes se, regnaq; sua cum execratione superbiæ Parthicæ. Nec mora congressioni fuit: Antiochus tribus prælijs victor Babyloniam cum occupasset, magnus haberi cœpit. Itaq; omnibus ad eum deficientibus populis, nihil Parthis relictum, præter patrios fines fuit. Tunc

Luxus in Antiochi exercitu & successus.

Phrahar-

Phrahartes Demetrium in Syriam ad occupandum regnum, cum Parthico præsidio mittit, vt eo pacto Antiochus ad sua tuenda à Parthis reuocaretur Interim, quoniam viribus non poterat, insidijs Antiochum vbique tentabat. Propter multitudinem hominum, omnem exercitum suum Antiochus per ciuitates in hyberna diuiserat, quæ res exitij causa fuit. Nam cum grauari se copiarum præbitione, & iniurijs militum ciuitates viderent, ad Parthos deficiunt, & die statuta omnes apud se diuisum exercitum per insidias, ne inuicem ferre auxilia possent, aggrediuntur. Quæ cùm nunciata Antiocho essent, auxilium proximis laturus, cùm ea manu, quæ secum hyemabat, progreditur. In itinere obuiam Regem Parthorum habuit: aduersus quem fortiùs, quàm exercitus eius dimicauit.

Antiochus Sedetes vincitur & interficitur.

Ad postremum tamen, cùm virtute hostes superaret, metu suorum desertus occiditur. Cui Phrahartes exequias regio more fecit, filiamque Demetrij, quam secum Antiochus adduxerat, captus amore virginis, vxorem duxit: pœnitere deinde dimissi Demetrij cœpit. Ad quem retrahendum, cùm turmas equitum festinanter misisset, Demetrium hoc ipsum metuentem, iam in regno missi inuenerunt, frustraq; omnia conati, ad Regem suum reuersi sunt.

IVSTINI HISTORICI LIBER XXXIX.

Demetrius rursus Syriæ Rex.

ANtiocho in Parthia cum exercitu deleto, frater eius Demetrius obsidione Parthorum liberatus, ac restitutus in regnum, cùm omnis Syria in luctu propter amissum exercitum esset, quasi Parthica ipsius ac fratris bella, quibus alter captus, alter occisus erat, prosperè gessisset: ita Aegypto bellum inferre statuit, regnum Aegypti, Cleopatra socru precium auxilij aduersus fratrem suum pollicente. Sed dum aliena affectat, vt assolet fieri, propria per defectionem Syriæ amisit. Siquidem Antiochenses primi, duce Triphone, execrantes superbiam Regis, quæ conuersatione Parthica crudelitatis intolerabilis facta erat, mox Apameni, cæteræq; ciuitates exemplum secutæ, per absentiam Regis à Demetrio defecêre.

Noema Syriæ à Demetrio defectio.

Redit ad superiorem historiam, de Ptolemæo Phiscone.

Ptolemæus verò Rex Aegypti, bello ab eodem petitus, cùm cognouisset Cleopatram sororẽ suam, opibus Aegypti natiuibus impositis, ad filiam & Demetriũ generum in Syriam profugisse, immittit iuuenẽ quendam Aegyptium, Protarchi negotiatoris filium, qui regnum Syriæ armis peteret.

Zebenna Protarchi filius Alexander appellatus.

Syriæ Rex cõstituitur.

Et composita fabula, quasi per adoptionẽ Antiochi Regis receptus in familiam regiam esset, nec Syrijs

rijs quemlibet Regem aspernantibus, ne Demetrij paterentur superbiam, nomen iuueni Alexander imponitur, auxiliaq; ab Aegypto ingentia mittuntur. Interea corpus Antiochi interfecti à Rege Parthorum, in loculo argēteo ad sepulturam in Syriam remissum peruenit, quod cum ingenti studio ciuitatum, & Regis Alexandri ad firmandam fabulæ fidem accipitur. Quæ res illi magnum fauorem popularium conciliauit, omnibus non fictas in eo, sed veras lachrymas existimantibus. Demetrius autem victus ab Alexandro, cùm vndiq; circumstantibus malis premeretur, ad postremum etiam ab vxore filijsq; deseritur. Relictis igitur cum paucis seruulis, cùm Tyrum religione templi se defensurus petisset, naui egrediens præfecti iussu interficitur. Alter ex filijs Seleucus, quoniam sine matris auctoritate diadema sumpsisset, ab eadem interficitur.

Exemplum muliebris ambitionis Gryphina.

Alter ex filijs, cui propter nasi magnitudinem cognomen Grypho fuit, Rex à matre hactenus constituitur, vt nomen Regis penes filium, ius autem omnis imperij penes matrem esset.

Alexandri ingratitudo & insolentia.

Sed Alexander occupato Syriæ regno, tumens ex successu rerum, spernere iam etiam ipsum Ptolemæum, à quo fuerat in regno ornatus, superba insolentia cœpit. Itaq; Ptolemæus, reconciliata Sororis gratia, destruere Alexandri regnum, quod odio Demetrij, viribus suis acquisierat, summis operibus instituit.

Mittit ergo in Græciam Grypho auxilia, & filiam Gryphinam Grypho nupturam, vt populos in auxiliũ nepotis, non societate tantum belli, verùm etiam affinitate sua sollicitaret. Nec res frustra fuit.

Alexander Rex subornatus vincitur à Grypho.

Nam cùm omnes Gryphum instructum Aegyptijs viribus viderẽt, paulatim ab Alexandro deficere cœpêre. Fit deinde inter eos prælium: quo victus Alexander Antiochiam profugit: ibi inops pecuniæ, cum stipendia militibus deessent, in templo Iouis solidum ex auro victoriæ signum tolli iubet, facetis iocis sacrilegium circumscribens: Nam victoriam commodatam sibi à Ioue esse dicebat. Interiectis deinde diebus, cùm ipsius Iouis aureum simulachrum infiniti ponderis tacitè euelli iussisset, deprehensusq; in sacrilegio, concursu multitudinis in fugam esset versus, magna vi tempestatis oppressus, ac desertus à suis, à latronibus capitur: perductusq; ad Gryphum, interficitur.

Alexandri sacrilegium & interitus.

Cleopatræ impietas in liberos, & ambitio.

Gryphus porrò recuperato patrio regno, externisq; periculis liberatus, insidijs matris appetitur: quæ cum cupiditate dominationis prodito marito Demetrio, et altero filio interfecto, huius quoq; victoria inferiorem dignitatem suam factam doleret, venienti ab exercitatione, veneni poculum obtulit. Sed Gryphus præditis antè iam insidijs, veluti pietate cum matre certaret, bibere ipsam iubet, abnuenti instat.

Gryphus Syriæ rex.

Mater veneno, quod filio parauerat extinguitur. *Postre-*

Postremùm † prælato indice eam arguit, solam defensionem sceleris superesse affirmans, si sibat, quod filio obtulit. Sic victa Regina scelere in se verso, veneno quod alij parauerat, extinguitur. † Parata igitur regni securitate, Gryphus octo annis quietem & ipse habuit, & regno suo † præstitit. Natus deinde illi est æmulus regni, frater ipsius Cyricænus eadem matre genitus, sed ex Antiocho patruo susceptus: quem cùm veneno tollere voluisset, vt maturiùs cum eodem armis de regno contenderet, excitauit. Inter has regni Syriæ parricidiales discordias, moritur Rex Aegypti Ptolemeus, regno Aegypti vxori & alteri filio, quem illa legisset, relicto, videlicet quasi quietior Aegypti status, quàm Syriæ regnū esset, cùm mater altero ex filijs electo, alterum hostem esset habitura. Igitur, cū pronior in minorem filium esset, à populo compellitur maiorem eligere, cui prius, quàm regnū daret, vxorem ademit: compulsumq; repudiare charissimam sibi Sororem Cleopatram, minorem sororem Seleucū ducere iubet, non materno inter filias iudicio, cùm alteri maritum eriperet, alteri daret. Cleopatra verò non tam à viro repudiata, quàm à matre diuortio viri dimissa, Cyricæno in Syria nubit, etq; ne nudum nomen vxoris adferret, exercitum Cypri sollicitatū, velut dotalem ad maritum deducit. Par igitur viribus iam factus Cyricænus, prælium committit: ac victus in fugam conuertitur, Antiochiamq; venit. Tunc Antiochiam Gryphus in qua erat Cyricæni vxor Clepatra, obsidere cœpit, qua capta Griphina vxor Gryphi nihil antiquius, quàm sororem Cleopatram requiri iussit,

† prolato.

† Parta.

† præfuit.

Ptolemæi Phiſconis mors.

Cleopatra Cyricæno nubit.

Cyricænus à fratre Gryphone vincitur.

non vt captiuæ opem ferret, sed, ne effugere captiuitatis mala posset, quæ sui æmulatione in hoc potissimũ regnum inuaserit, hostisq; sororis nubendo, hostem se eius effecerit. Tum peregrinos exercitus in certamina fratrum adductos, tum repudiatam à fratre, & contra maris voluntatem extra Aegyptum nuptam accusat. Contra Gryphus orare, ne tam fœdũ facinus facere cogatur, à nullo vnquam maiorum suorum inter tot domestica, tot externa bella † post victum hostẽ in fœminas sæuitum, quas sexus ipse & periculis bellorum, & sauitie victorum eximat: in hac verò præter commune bellantium fas accedere necessitudinẽ sanguinis. Quippe ipsius, quæ tam cruentè sæuiat, sororẽ equidem germanam esse, suam verò consobrinam: liberorum deinde communium materteram. His tot necessitatibus sanguinis, adijcit superstitionem templi, quò abdita profugerit, tantoq; religiosius colendos Deos sibi, quo magis his propitijs, ac fauentibus vicisset, tum neque occisa illa, se virium quicquam Cyricæno dempturum, nec seruaturum reddita. Sed quantò Gryphus abnuit, tantò Soror muliebri pertinacia accẽditur, rata non misericordiæ hæc verba, sed amoris esse.

† Al. post victoriam in fœminas, &c.

Muliebris crudelitatis erga sororem exemplum, Gryphina. Vbi videas parricidia sororum inter se mutua.

Itaq; vocatis ipsa militibus, mittit, qui Sororem confoderent, qui, vt in templum intrauerunt, cùm euellere eam non possent, manus amplexantes Deæ simulachrum præciderunt. Tunc Cleopatra execratione par-

neparricidarum mandata, violatis numinibus, in vltionem sui decedit. Nec multò pòst repetita prælij con greßione, victor Cyricænus vxorem Gryphi Gryphinam, quæ paulò antè sororem interfecerat, capit: eiusq; supplicio vxoris manibus parentauit. †decidit.

Mirabilis Cleopatræ crudelitas vbiq; in suos.

At in Aegypto Cleopatra, cùm grauaretur socio regni, filio Ptolemæo, populum in eum incitat: abductaq; ei Seleuce vxore, eo indignius, quod ex Seleuce iam duos filios habebat, exulare cogit. Accersito minori filio Alexandro, & rege in locum fratris constituto: nec filium regno expulisse contenta, bello Cypri exulantem persequitur. Vnde pulso, interficit ducem exercitus sui, quod viuum eum è manibus †dimisisset: quanquam Ptolemæus verecundia materni belli non viribus minor, ab insula receßisset. Igitur Alexander tertius hac matris crudelitate, & ipse eam reliquit: PERICVLOSO REGNO SECVRAM AC TVTAM VITAM ANTEPONENS: Cleopatra verò timens, ne maior filius Ptolemæus ab Cyricæno ad recuperandam Aegyptum auxilijs iuuaretur, ingentia Grypho auxilia, & Seleucen vxorem nupturam hosti prioris mariti mittit: Alexandrumq; filium per legatos in regnum reuocat. †Emisisset

Cleopatræ dignus pro tot scelerib. exitus. Et est exemplum impietatis & crudelitatis mutuò punitæ.

Cui, cùm occultis insidijs exitum machinaretur,

occupata ab eodem interficitur: spiritumq; non fato, sed parricidio dedit. Digna prorsus hac mortis infamia, quæ etiam matrem thoro expulit, & duas filias viduas alterno fratrū matrimonio fecit, et filio alteri in exilium acto, bellum intulit: alteri, erepto regno, exitium per insidias machinata est. Sed nec Alexādro cædes tam nefanda inulta fuit. Nam vbi primū compertum est, per scelus filij matrem interfectam, concursu populi in exilium agitur: reuocatoq; Ptolomæo regnum redditur: qui neque cum matre bellum gerere voluisset, nec à fratre armis repetere, quod prior possedisset.

Ptolemæus Lathyrus in regnum Syriæ restituitur.

Ptolomæus Appio populum Romanum hæredem scripsit.

Dum hæc aguntur, frater eius ex pellice susceptus, cui pater Cyrenarum regnum testamento reliquerat, hærede populo Romano instituto, decessit. Iam enim fortuna Romana porrigere se ad Orientalia regna (non contenta Italiæ terminis) cœperat. Itaque et ea pars Lybiæ prouincia facta est, posteà Creta, Ciliciaque, Pyratico bello perdomitæ, in formam prouinciæ rediguntur. Quo facto, & Syriæ & Aegypti regna, † vicinitate Romana arctata. Et quæ incrementa de finitimis bellis quærere solebant, adempto vagandi arbitrio, vires suas in perniciem suam conuerterunt, adeò, vt assiduis prælijs consumpti, in contemptum finitimorum venerint: prædaq; Arabum genti, imbelli anteà fuerint.

Pyraticum bellum.

† Cum vnitate.

Hierotimus Arabum Rex, sexcentos filios habuit.

Quorum

Quorum Rex Hierotimus fiducia sexcẽtorum filiorum quos ex pellicibus susceperat, diuisis exercitibus, nunc Aegyptũ, nunc Syriam infestabat, magnumque nomen Arabum vtribus finitimorum exanguibus fecerat.

IVSTINI HISTORICI LIBER XL.

MVtuis fratrum odijs, & mox filiorum inimicitijs parentum succedentibus, cum inexpiabili bello, & reges & regnum Syriæ consumptum esset, ad externa populus auxilia concurrit, peregrinosq; sibi Reges circumspicere cœpit. Itaq;, cùm pars Mithrydatem Ponticum, pars Ptolemæum ab Aegypto †accersendum censeret, †occurreret quòd Mithrydates implicitus bello Romano esset, Ptolemæus quoq; hostis Syriæ semper fuisset, omnes in Tigranem Regem Armeniæ consenserunt, instructum præter domesticas vires, Parthica societate, & Mithridatis affinitate. Igitur accitus in regnum Syriæ per XVIII. annos tranquillissimo regno potitus est, neque bello alium lacessere, neq; lacessitus inferre alij bellum necesse habuit. Sed sicut ab hostibus tuta Syria fuit, ita terræmotu vastata est: quo CLXX. hominum millia, & multæ vrbes periêrunt. Quod prodigium mutationem rerum portendere aruspices responderunt.

† Arcessendum.

† Acciderit-que. Tigranes Armeniæ & Syriæ Rex.

Ingens terræ motus.

Vix fuit vlla Romana victoria hac Luculli clarior, de qua Plutarchus in Lucullo. Anno ab vrbe condita, D. CC.XCIX.

Consulibus Tullio Cicerone, & C. Antonio, Orosius.

Igitur Tigrane à Lucullo victo, Rex Syriæ Antiochus Cyricæni filius ab eodem Lucullo appellatur, Sed quod Lucullus dederat, posteà ademit Pompeius, qui poscenti regnum respondit: ne volenti quidem Syriæ, nedum recusanti daturum se regem, qui XVIII. annos, quibus Tigranes Syriam tenuit, in angulo Ciliciæ latuerit: Victo autem eodē Tigrane, à Romanis alieni operis præmia postulet. Igitur vt habenti regnum non ademerit, ita quod cesserit Tigrani non daturum quod tueri nesciat, ne rursus Syriam Iudæorum, & Arabum latrocinijs infestam reddat. Atq; ita Syriam in prouinciæ formam redegit, paulatimq; Oriens Romanorum, discordia consanguineorum regum factus est.

Syria in Romanā prouinciam redacta.

IVSTINI HISTORICI LIBER XLI.

Parthorum origo. Parthi Scythico sermone exules dicūtur.

PArthi, penes quos velut diuisione Orbis cum Romanis facta, nunc Orientis imperium est, Scytharum exules fuerūt. Hoc etiam ipsorum vocabulo manifestatur. Nam Scythico sermone Parthi exules dicuntur.

Parthorum obscura & seruilis conditio.

Hi & Assyriorum, & Medorum temporibus, inter Orientales populos obscurissimi fuēre. Posteà quoque, cùm imperiū Orientis à Medis ad Persas translatum est, veluti vulgus sine nomine, præda victorum fuēre. Postremò Macedonibus, triumphato Oriente,

Parthorum successus.

ente, seruierũt, vt cuiuis mirum videatur, ad tantam eos fœlicitatem per virtutem prouectos, vt imperent gentibus, sub quarum imperio, veluti seruili vulgus fuère. A Romanis quoq; trimis bellis per maximos duces florentißimis temporibus lacesßiti. soli ex omnibus gentibus, non solùm pares, verùm etiam victores fuêre. Quanquam plus gloriæ sit, inter Aßyria, & Medica, Persicaq; memorata olim regna, & opulentißimum illud mille vrbium Bactrianum imperiu emergere potuisse, & longinqua bella vicisse: prætereà cũ grauibus Scythicis, et vicinalibus bellis aßiduis vexati, varijsq; periculorum certaminibus vrgerentur, hi domesticis seditionibus Scythia pulsi, solitudines inter Hyrcaniam, & Dacas, & Areos, & Spartanos, & Maianos furtim occupauêre fines. Deinde non intercedentibus primò finitimis: posteà etiam prohibentibus, in tantum protulêre, vt non immensa tantùm iam ac profunda camporum, verùm etiam prærupta collium montiumq; ardua occupârint. Ex quo fit, vt Parthiæ pleraq; finium, aut æstus, aut frigoris magnitudo posßideat: quippe, cùm montes nix, & campus æstus infestet. Administratio gentis post defectionem Macedonici imperij. sub regibus fuit: proximus maiestati regum, populorum ordo est, ex hoc duces in bello, ex hoc rectores in pace habentur. Sermo his inter Scythicum, Medumq; medius† ex vtroq; mixtus, vestis olim sui moris. Posteà, quàm accessêre opes, vt Medis perlucida, ac fluida: armorum patrius ac Scythius mos, exercitum, non vt aliæ gentes liberorum, sed maiorem partem seruorum habent. Quorum vulgus,

Parthiæ status.

† Et vtrisq; Parthorum sermo vestitus, & mores.

Parthorum exercitus ex seruis constat.

gus nulli manumittendi potestate permissa, ac per hoc, omnibus seruis nascentibus indies crescit. Hoc pari cura, ac liberos suos habent, & equitare, & sagittare, magna industria docēt. Locupletissimus vt quisque est, ita plures in bello equites regi suo præbet. Deniq; Anthonio bellum Parthis inferenti, cùm L. millia equitum occurrerent, soli D. CCC. liberi fuêre. Cominùs in acie præliari nesciunt, obsessas q; expugnare vrbes. Pugnant, aut procurrentibus equis aut tergadantibus: sæpè etiam fugam simulant, vt in cautiores aduersus vulnera insequētes habeāt. Signū his in prælio non tuba, sed tympano datur, nec pugnare diu possunt. Cæterùm intollerandi forent, si quantus hu impetus est, vis tanta & perseuerantia esset. Plerunq; in ipso ardore certaminis prælia deserunt: ac paulò post pugnam ex fuga repetunt: vt, cùm maximè vicisse te putes, tunc tibi discrimen subeundum sit. Munimentum ipsis, equis q; loricæ sunt plumatæ: quæ vtrunque toto corpore tegunt. Auri, argenti q; nullus, nisi in armis, vsus. Vxores dulcedine variæ libidinis, singuli plures habent: nec vlla delicta adulterijs grauiùs vindicant. Quamobrem fœminis non cōuiuia tantum virorum, verum etiam conspectum interdicunt. Carne, nō nisi venatibus quæsita, vescūtur. Equis omni tempore vectātur: illis bella, illis conuiuia, illis publica ac priuata officia obeunt: super illos ire, cōsistere, mercari colloqui. Hoc deniq; discrimen inter seruos liberosq; esse, quòd serui pedibus, liberi non nisi equis incedūt. Sepultura vulgò aut auium aut canū laniatus est. Nuda demùm ossa terra obruuntur.

Alij 450. Parthorum pugnandi ratio.

Parthorum mores. Adulteria seuerè Parthi puniūt.

Parthorum sepultura.

Partho-

Parthorum superstitio in deorum cura.

In superstitionibus, ad curam deorum, præcipua omnibus veneratio est. Ingenia genti tumida, seditiosa, fraudulẽta, procatia. Quippe violentiã virus, mansuetudinem mulieribus assignant. Semper, aut in externos, aut in domesticos motus inquieti, Natura taciti, ad faciendum quàm ad dicendum promptiores. Proinde secunda, aduersaq; silentio tegunt. Principibus metu, non pudore parent, in libidinem proiecti, in cibũ parci, fides dictis promissaq; nulla, nisi quatenus expedit. Post mortem Alexandri Magni cùm inter successores eius, Orientis regna diuiderentur, nullo Macedonum dignante, Parthorum imperium Satagenori, externo socio traditur. Hi posteà, †deductis Macedonibus in bellum ciuile, cum cæteris superioris Asiæ populis, Eumenem secuti sunt: quo victo, ad Antigonum transiêre. Post hunc à Nicanore Seleuco, ac mox ab Antiocho & successoribus eius possessi, à cuius pronepote Seleuco primùm defecêre, primò Punico bello L. Manlio Pisone, Attilio Regulo consulibus. Huius defectionis impunitatem illis duorum fratrum regnum Seleuci, & Antiochi discordia dedit: qui, dum sibi inuicem eripere regnum volunt, persequi defectores omiserunt.

Parthorum Reges.

† seductis.

Parthorũ à regibus Macedonicis defectio.

Theodotus mille vrbium Bactrianorum præfectus. Arsaces Parthorum imperium inuadit.

Eodem tempore etiam Theodotus mille vrbium Bactrianorum præfectus defecit, regemq; se appellari iussit: quod exemplum secuti totius Orientis populi à

puli à Macedonibus defecêre. Erat eo tempore Arsaces vir, sicut incertæ originis, ita virtutis expertæ. Hic solicitus latrocinijs & rapto viuere, accepta opinione Seleucum, à Gallis in Asia victum, solutus regis metu, cum prædonũ manu Parthos ingressus, præfectũ eorũ Andragorã oppreßit, sublatoq; eo imperiũ gentis inuasit. Non magno deinde pòst tempore, Hyrcanorum quoq; regnum occupauit, atq; ita duarum ciuitatum imperio præditus, grandẽ exercitũ parat metu Seleuci, & Theodoti Bactrianorum Regis, Sed citò morte Theodoti metu liberatur, cum filio eius ipso Theodoto fœdus, ac pacem fecit: nec multò pòst cum Seleuco rege, ad defectores persequendos veniente, congressus victor fuit: quem diem Parthi exinde solennem, velut initium libertatis obseruant. Reuocato deinde Seleuco, nouis motibus in Asiam: dato laxamento, regnum Parthicum format, militem legit, castella munit, ciuitates firmat, vrbem quoq; nomine Darem in monte Thaborreno condit. Cuius loci ea conditio est, vt neq; munitius quiddam esse, neq; amœnius poßit. Ita enim & præruptis rupibus vndiq; cingitur, vt tutela loci nullis defensoribus egeat: & soli circumiacentis tanta vbertas est, vt proprijs opibus expleatur. Iam fontium & syluarũ ea copia est, vt & aquarum abundantia irrigetur, et venationũ voluptatibus exornetur. Sic Arsaces, quæsito simul cõstitutoq; regno, non minùs memorabilis Parthis, quàm Persicis Cyrus: Macedonibus Alexander: Romanis Romulus matura senectute decedit.

Arsaces Parthicum regnum format.

Vrbẽ Clarã alij appellãt, τεπογραφία.

Arsaces Parthis, qui Persis Cyrus.

Parthi Reges suos omnes Arsaces appellant.

Cuius

Cuius memoriæ hunc honorem Parthi tribuerunt, vt omnes exinde reges suos Arsacis nomine nuncupent. Huius filius & successor regni, Arsaces & ipse no Arsaces II.
mine, aduersus Antiochum Seleuci filium C. millibus peditum, & XX. millibus equitū instructus, mira virtute pugnauit: ad postremum in societatē eius adsumptus est. Tertius Parthis rex Pampatius fuit, sed et ipse Arsaces dictus: nam (sicut suprà dictum est) omnes reges suos hoc nomine sicut Romani Cæsares, Augustosq; cognominauerunt. Hic actis in regno XII. annis decessit, relictis duobus filijs, Mithridate & Pharnace: quorum maior Pharnaces more gentis, hæres regni, Mardos validam gētem bello domuit: nec multò pòst decessit multis filijs relictis: quibus præteritis fratri potissimùm Mithridati insignis virtutis viro reliquit imperium: plùs regna, quàm patrio deberi nomini ratus: potiusq; patriæ, quàm liberis consulendum. Eodem fermè tempore, sicut in Parthis Mithridates, ita in Bactris Eucratides magni viriq; regna ineunt. Sed Parthorum fortuna fœlicior, ad summum hoc duce imperij fastigiū eos perduxit. Bactriani autem per varia bella iactati, non regnum tantum, verum etiam libertatem amiserunt. Siquidem Sogdianorum, & Dranganitanorum, Indorumq; bellis fatigati, ad postremum ab inualidioribus Parthis velut exangues oppressi sunt. Multa tamen Eucratides bella magna virtute gessit, quibus attritus cum obsidionē Demetrij regis Indorum pateretur, cum CCC. millibus, LX. millia hostiū assiduis eruptionib. vicit. Quinto itaq; mense liberatus, Indiam in tempestatē redegit.

Pampatius Arsaces III.

Pharnaces Arsaces IIII.

Mithridates Arsaces V.

Pietas in patriam.

Eucradites Bactrianorū Rex.

Exem-

Exemplum parricidij & magnæ crudelitatis, Pater à filio trucidatus. Verè Nulla fides regni socijs, omnisq; potestas Impatiens consortis erit, Lucanus.

Vndè, cùm se reciperet, à filio, quem socium regni fecerat, in itinere interficitur: qui nõ dissimulato parricidio, velut hostem, non patrem interfecisset, & per sanguinem eius currum egit, & corpus abijci insepultum iussit Dum hæc apud Bactros geruntur, interim inter Parthos & Medos bellum oritur. Cùm varius vtriusq; populi casus fuisset, ad postremum victoria penes Parthos fuit. His viribus auctus Mithridates, Mediæ Baccasum in regno præponit, ipse in Hircaniã proficiscitur. Vnde reuersus, bellum cum Elimeorum rege gessit: quo victo, hanc quoq; gentem regno adiecit, imperiumq; Parthorum à monte Caucaso, multis populis in ditionem redactis, vsq; ad flumen Euphratem protulit. Atq; ita aduersa valetudine correptus, non minor Arsace proauo, gloriosa senectute decessit.

Mithridatis Parthorum Regis fœlicia bella.

IVSTINI HISTORICI
LIBER XLII.

Phrahartes Parthorum Rex VI.

POst necem Mithridatis Parthorum regis, Phrahartes filius eius Rex constituitur, qui cùm inferre bellum in vltionem tentati ab Antiocho Parthici regni Syriæ statuisset, Scytharum motibus ad sua defendenda reuocatur. Namque Scythæ in auxilium Parthorum aduersus Antiochum Syriæ regem mercede sollicitati, cùm confecto iam bello superuenissent, in calum-

calumnia tardiùs, lati auxilij, mercede fraudarẽtur, dolentes tantùm eis itineris frustrà mensum, cùm vel stipendium pro vexatione, vel alium hostem dari sibi poscerent, superbo responso offensi, fines Parthorum vastare cœperunt. Igitur Phrahartes cùm aduersus Scythias proficiscitur, ad tutelam regni, reliquit † Hymarum quendam, puericiæ sibi flore conciliatum: qui tyrannica crudelitate, oblitus & vitæ præteritæ, & vicarij officij, Babylonios, multasq; alias ciuitates immoderatè vexauit. Ipse autem Phrahartes exercitum Græcorum, quem bello Antiochi captum, crudeliter superbeq; tractauerat, in bellum secum ducit, immemor prorsus, quòd hostiles eorum animos, nec captiuitas minuerat, & insuper iniuriarum indignitas exacerbauerat. Phrahartis cum Scythi bellum. † Hymerũ.

Græcorum exercitus defecit à Phraharte.

Itaq; cùm inclinatam Parthorum aciem vidissent, arma ad hostes transtulerunt, & diu cupitam captiuitatis vltionẽ exercitus Parthici, & ipsius Phrahartis regis, cruenta cæde executi sunt.

Artabanus Parthorum rex VII.

In huius locum Arthabanus patruus eius rex substituitur. Scythæ autem contenti victoria, † populata Parthia in patriã reuertuntur. Sed Arthabanus bello Colchatarijs illato, in brachio vulneratus, statim decedit. Huic Mithridates filius succedit: cui res gestæ magnum cognomen dedere, quippe claritatem parentum, æmulatione virtutis accensus, animi magnitudine supergreditur. Multa igitur bella, cum finitimis † depopulata. Mithridates Parthorum Rex, VIII.

magna virtute gesſit: multosq; populos, Parthico regno addidit. Sed & cum Scythis prosperè aliquoties dimicauit, vltorq; iniuriæ parẽtum fuit. Ad postremũ

†Artuasdã Plutarchus appellat.

† Artoadisti Armeniorum Regi, bellum intulit. Sed

Armenij regni & gentis origo.

quoniam ad Armeniam transitum facimus, origo eius, paulò altiùs repetenda est. Neq; enim silentio præteriri tantum regnum, fas est, cùm fines eius post Parthiam omnium regnorum magnitudinem superent. Siquidem Armenia à Cappadocia vsq; vndecies centena millia ad mare Caspium patet, sed in latitudine millia passuum septingenta porrigitur. Condita

Armenius Iasonis comes.

est aũt ab Armenio Iasonis Thessali comite, quẽ cùm

Iasonis historia.

peditum propter insignem periculosamq; regno suo

Vellus aureum.

virtutem, Pelias rex cuperet, denunciata militia, in Colchos eum abire iubet, pellemq; arietis memorabilem gentibus reportare, sperans interitum viri, aut ex periculo, tam lõgæ nauigationis, aut ex bello tam profundæ barbariæ. Igitur Iason diuulgata opinione, tã

Argonautæ.

glorioſæ expeditionis, cùm ad eum certatim principes iuuentutis totius fermè orbis cõcurrerent, exercitum fortissimorum virorum, qui Argonautæ cognominati sunt cõparauit. Quem cum magnis rebus gestis incolumem reduxisset, rursus à Peliæ filijs Thessalia pulsus, magna vi, cum ingenti multitudine, quæ ad famã virtutis eius ex omnibus gẽtibus quotidiè cõfluebat,

Medæa Iasonis vxor.

comite Medea vxore, quam repudiatam miseratione exilij rursus receperat, & Medeo priuigno ab Aegeo rege Athenienſium genito, Colchos repetiuit, socerũque etiam regno pulsum restituit. Magna deinde bel-

Iasonis gesta.

la cũ finitimis gesſit, captasq; ciuitates partim regno

soceri

soceri, ad abolendam superioris militiæ iniuriam, qua & filiam eius Medeã abduxerat, & filium Oœtæ Aegialum interfecerat, adiũxit: partim populis, quos secum adduxerat, aßignauit. Primus humanorum post Herculem & Liberum, qui reges Orientes fuisse traduntur, eam cæli plagã domuisse dicitur. Populis quibusdam Phrygiam, & Anſistratum, aurigas Caſtoris & Pollucis duces aßignauit: cum Albams fœdus percußit: qui Herculem ex Italia ab Albano monte, cùm Geryone extincto, armenta eius per Italiam duceret, ſecuti dicuntur: quiq; memores Italicæ originis, exercitum Cn. Pompeij bello Mithridatico fratres ſalutauêre. Itaq; Iaſoni totius fermè Oriens, vt conditori, diuinos honores templaq; conſtituit: quæ Parmenion dux Alexandri Magni poſt multos annos diruì iußit: ne cuiuſquam nomen in Oriente venerabilius, quàm Alexãdri eſſet. Poſt montem Iaſonis, Medus æmulus virtutis eius in honorem matris Medeæ, Medeam vrbem condidit: regnumq; ex nomine ſuo Medorum conſtituit: ſub cuius maieſtate † Orientis poſteà imperium fuit. Albanis vicinæ Amazones ſunt, quarum reginam Thaleſtrem concubitum Alexandri petiſſe, multi auctores prodidêre. Armenius quoq; & ipſe Theſſalus, vnus de numero ducum Iaſonis, recollecta multitudine, quæ amiſſa Iaſone Rege paſsim vagabatur, Armeniam condidit: à cuius montibus Tigris fluuius modicis primò incrementis naſcitur.

Albani in Oriente ex Italia oriundi.

Iaſonis honores.

Medus Medorum regnum conſtituit.

† omne.

Amazones

Armonius Armeniam condidit.

Tigris fluuij deſcriptio.

(Tigris à celeritate incipit vocari: ita enim Medi ſagittam appellant. Plin. lib. 6.)

Interiecto deinde aliquanto ſpatio, ſub terras mergitur, atq; ita poſt XXV. millia paſſuum grande iam flumen in regione Sophone emergit: ac ſic in paludes Euphratis recipitur. Igitur Mithridates rex Parthorum poſt bellum Armenia propter crudelitatem, à Senatu Parthico regno pellitur.

Horodes Parthorum rex, quem Plutarchus Hyrodem vocat.

Frater eius Horodes, cùm regnum vacans occupaſſet, Babyloniam, quo Mithridates confugerat, diu obſidet: & fame coactos in dedition em oppidanos cõpellit: Mithridates autem fiducia cognationis, vltrò ſe in poteſtatem Horodis tradit. Sed Horodes plus hoſtem quàm fratrem cogitans, in conſpectu ſuo trucidari eum iuſſit.

Exemplum impietatis.

Craſſus à Parthis trucidatur, Plutarch. in Craſſo.

Et poſt hæc, bella cum Romanis geſſit, Craſſumq; imperatorẽ cum filio, & omni exercitu Romano deleuit. Huius filius Pacorus miſſus ad perſequendas Romani belli reliquias, magnis rebus in Syria geſtis, in Parthiã patri ſuſpectus reuocatur: quo abſente exercitus Parthorum relictus in Syria à Caſſio Quæſtore Craſſi, cum omnibus ducibus trucidatur.

Parthorum cum Romanis bellum.

Bellum ciuile, in quo Parthi Pompeium ſunt ſequuti.

His itaq; geſtis non magno poſt tempore Romanis inter Cæſarem, Pompeiumq;, ciuile bellum oritur, in quo Parthi Pompeianarum partium fuêre: et propter amicitiã, cum Pompeio bello Mithridatico iun-

ctam

ctam & propter Crassi necem, cuius filium in partibus Cæsaris esse audierant, quem vltorem patris, victore Cæsare futurum, non dubitabant. Itaq; victis partibus Pompeianis, & Cassio & Bruto auxilia aduersus Augustum & Antonium misêre, & post belli finê rursum Pacoro duce, cum Labieno inita societate, Syriã, & Asiam vastauêre: castraq; Ventidij, qui post Cassium absente Pacoro, exercitum Parthicum fuderat, magna mole adgrediuntur: sed ille simulato timore diu se cõtinuit, & insultare Parthos aliquãtisper passus est. Ad postremũ in securos, latosq; parte legionũ emisit: quarum impetu fusi Parthi in diuersa abiêre. Pacorus autem, cùm fugientes suos abduxisse secum legiones Romanas putaret, castra Ventidij, veluti sine defensoribus, aggreditur. Parthorum cum Ventidio pugna. Parthi vincuntur à Ventidio.

Pacorus Parthorum rex vincitur & interficitur à Ventidio.

Tunc Ventidius reliqua parte legionum emissa, vniuersam Parthorum manum cum Rege ipso Pacoro interficit.

Hæc Plutarch. paulò aliter refert.

Nec vllo bello, Parthi vnquam maius vulnus acceperunt. Hæc cùm nunciata in Parthia essent, Horodes pater Pacori, qui paulò antè vastatam Syriam occupatam Asiam à Parthis audierat, victoremq; Pacorum Romanorum gloriabatur, repentè morte filij & exercitus clade audita, ex dolore ad furorem vertitur. Multis diebus non alloqui quenquam, non cibum sumere, nõ vocem mittere, ita, vt mutus factus videretur. Post multos deinde dies, vbi dolor vocẽ laxauerat, Horodis furor & insania.

uerat, nihil aliud, quàm Pacorũ vocabat: Pacorus illi videri, Pacorus audiri videbatur, cum illo loqui, cũ illo consistere, interdum quasi amissum flebiliter dolebat. Post longum deinde luctum, alia sollicitudo miserandum senem inuasit: quem ex numero triginta filiorum in locum Pacori regem constituat. Multæ pellices, ex quibus generata tanta iuuentus erat, pro suis quæq; sollicitè animum senis obsidebãt. Sed fatũ Parthiæ fecit, in qua iam quasi solenne est, reges parricidas haberi, vt sceleratissimus omnium, & ipse Phrahartes nomine, Rex statueretur. Itaq; statim, quasi nollet mori naturaliter, patrẽ interfecit: fratres quoque triginta trucidat. Sed nec filijs cessãt parricidia. Nam cum infestos sibi optimates, propter assidua scelera videret, † ne esset, qui nominari rex posset, adultum filium interfici iubet.

Phrahartis immania parricidia.

† Alij nec esset, qui nominatim Rex posset creari, &c.

Huic Antonius propter auxiliũ aduersus se & Cæsarem latum, bellum cum XVI. validissimis legionibus intulit: sed grauiter multis prælijs vexatus, à Parthia refugit.

Antonius à Parthis vincitur.

Phrahartes propter crudelitatem è regno pellitur, atque iterum in regnum restituitur.

Qua victoria insolentior Phrahartes redditus, cũ multa crudeliter consuleret, in exilium à populo suo pellitur. Itaq; cùm magno tẽpore finitimas ciuitates, et ad postremum Scythas precibus fatigasset, Scytharum maximo auxilio in regnum restituitur. Hoc absente,

sente, Regem Parthi Tyridatem quendam constituerant: qui audito Scytarum aduentu, magna amicorum manu, ad Cæsarem in Hispaniã bellum tunc temporis gerentem profugit, obsidemque Cæsari minimum filium Phrahartis ferens, quem negligentius custoditum rapuerat. Quo cognito, Phrahartes legatos statim ad Cæsarem mittit, seruum suum Tyridatem & filium remitti sibi postulat. Cæsar & legatione Phrahartis audita, & Tyridatis postulatis cognitis (nam & ipse restitui in regnum desiderabat, iuris Romani futuram Parthiam adfirmans, si eius regnum muneris eorum fuisset) neq; Tyridatem dediturum se Parthis dixit, neq; aduersus Parthos Tyridati auxilia daturum. Ne tamen à Cæsare nihil per omnia obtentum videretur, Phrahartifilium sine precio remisit, & Tyridati, quóad manere apud Romanos vellet, opulentum sumptum præberi iussit. Post hæc, finito Hispano bello, cùm in Syriam ad componendum Orientis statum peruenisset, metum Phraharti iniunxit, ne bellum Parthiæ vellet inferre. Tyridates ad Cæsarem profugit. Phrahartis ad Cæsarem legatio.

Signa & captiui Romani à Parthis Augusto remissi.

Itaq; tota Parthia captiui ex Crassiano, siue Antonij exercitu recollecti, signaq; cum his militaria Augusto remissa. Sed & filij nepotesque Phrahartis ἐπιφάνεια. obsides Augusto dati: plusque Cæsar magnitudine sui nominis fecit, quàm armis alius imperator facere potuisset.

IVSTINI HISTORICI
LIBER XLIII.

Vrbis Romanæ origo & initia.

RArthicis Orientalibusq́, ac totius propemodum orbis rebus expeditis, ab initia Romanæ vrbis Trogus, velut post longam peregrinationem domum reuertitur, ingrati ciuis officium existimans, si cùm omnium gentiũ res gestas illustrauerit, de sola tantùm patria taceat. Breuiter igitur initia Romani imperij perstringit, vt nec modum propositi operis excedat: nec vtique originem vrbis, quæ est caput totius orbis, silentio prætermittat, Italiæ cultores primi Aborigenes fuêre, quorum Rex Saturnus, tantæ iustitiæ fuisse traditur, vt neq; seruierit sub illo quisquam: neq; quicquã priuatæ rei habuerit: sed omnia cõmunia, & indiuisa omnibus fuerint: veluti vnum cunctis patrimonium esset.

Antiquus Italiæ statꝰ.

Saturni regna.

Ideo ærarium Romæ volebant esse in templo Saturni.

Saturnalia. Italia Saturnia dicta.

Ob cuius exempli memoriam cautũ est, vt Saturnalibus exæquato omnium iure passim in cõuiuijs serui, cum dominis recumbant. Itaq́, Italiæ regis nomine Saturnia appellata est, & mõs, quem inhabitabat Saturnus, in quo nunc veluti à Ioue, pulso sedibus suis Saturno, Capitolium est. Post hũc tertio loco regnasse Faunum ferunt, sub quo, Euander ab Arcadiæ vrbe Pallãteo, in Italiam cum mediocri turba popularium venit: cui Faunus, & agros, et montem, quem ille postea Palatinum appellauit, benignè assignauit. In hu-

Capitoliũ. Faunus Italiæ Rex. Euander. Palatinus mons.

ius ta-

ius radicibus templum Lycæo, quem Græci Pana, Romani Lupercum appellãt, constituit. Ipsum Dei simulachrum nudum, caprina pelle amictum est, quo habitu, nunc Romæ Lupercalibus decurritur. Fauno fuit vxor nomine Fatua, quæ assiduè diuino spiritu impleta, velut per furore futura præmonebat: vndè adhuc, qui inspirari solent, fatuari dicuntur. Pani Lycæus. Lupercalia. Fatua Fauni vxor. Fatuari.

Latinus ex Fauni filia & Hercule.

Ex filia Fauni, & Hercule, qui eodem tempore, extincto Geryone, armenta victoriæ præmia, per Italiam ducebat, stupro conceptus, Latinus procreatur. Quo tenente regnum, Aeneas ab Ilio, Troia à Græcis expugnata, in Italiã venit, statimq; prælio exceptus, cum in aciem exercitum eduxisset, & ad Colloquiũ vocatus, tantam admirationem sui Latino præbuit, vt in societatem regni reciperetur: & Lauinia in Matrimonium data ei, gener asciscretur. Post hæc, commune vtriusq; bellum, aduersus Turnum Rutulorum regem, propter fraudatas Lauiniæ nuptias fuit: in quo & Turnus: & Latinus interierunt. Igitur cùm Aeneas iure victoriæ vtroq; populo potiretur, vrbem ex nomine vxoris Lauiniæ condidit. Bellum deinde aduersus Mezentium Regem Hetruscorum gessit: in quo cùm ipse occidisset, in locum eius Ascanius filius successit: Aeneæ in Italiam aduentus. Bellum Aeneæ cum Turno. Lauinium. Mezentius. Ascanius.

Alba longa CCC. annis regni caput.

Qui Lauinio relicto: longam Albam condidit, quæ trecentis annis caput regni fuit. Post multos deinde vrbis huius Reges, ad postremum Numitor, & Amulius regno potiti sunt. Sed Amulius, cùm ætate potio- Numitor & Amilius.

Rhea. rem Numitorem oppreſsiſſet, filiã eius Rheam in perpetuam virginitatem, ne quis vindex regni, ſexus virilis ex genere Numitoris oriretur †demerſit, addita iniuriæ ſpecie, honoris, vt non damnata, ſed ſacerdos electa videretur. Igitur clauſa in Luco Martis ſacro, duos pueros, incertum, ſtupro, an ex Marte cõceptos, exixa eſt: quo cognito, Amulius multiplicato metu, prouentu duorum, pueros exponi iubet, & puellam vinculis onerat, ex quorum iniuria deceſsit. Sed fortuna origini Romanæ proſpiciens, pueros lupæ alẽdos obtulit: quæ amiſsis catulis diſtenta vbera, exinaniri cupiens, nutricem ſe infantibus præbuit. Cùm ſæpiùs ad paruulos, veluti ad Catulos reuerteretur, rẽ Fauſtulus paſtor animaduertit: ſubtractoſq; feræ inter greges pecorum, agreſti vita nutriuit. Martios pueros fuiſſe, ſiue, quòd in Luco Martis enixi ſunt, ſiue quòd lupa, quæ in tutela Martis eſt, nutriri, veluti manifeſtis argumentis creditum eſt.

†demiſit.

Lucus. Martis.

Lupa.

Fauſtulus paſtor.

(Quia Deus auctor culpæ honeſtior erat, Liuius.)

Romulus & Remus. †Adulti.

Remus capitur.

Nomina pueris, alteri Remo, alteri Romulo fuêre: †Adultis inter paſtores de virtute, quotidiana certamina, & vires & pernicitatem auxêre. Igitur cũ latrones à rapina pecorum induſtriè, frequenterq; ſubmouerent, Remus ab ijſdem latronibus captus: & veluti ipſe eſſet, quod in alijs prohibebat, Regi offertur, crimini datur, quaſi greges Numitoris infeſtare ſolitus eſſet. Tũc à Rege in vltionem Numitori traditur. Sed Numitor adoleſcẽtia iuuenis permotus, et in ſuſpicionem expoſiti nepotis adductus, cùm eum nunc lineamen-

ueamentorum filiæ similitudo, nunc ætas expositionis temporibus congruens anxium teneret, repentè Faustulus cum Romulo superuenit, à quo origine cognita puerorum facta conspiratione, & adolescentes in vltionem maternæ necis, & Numitor in vindictã erepti regni armantur.

Roma conditur. Vide Solinum. Cap. 2.

Occiso Amulio, regnum Numitori restituitur, & vrbs Romana ab adolescentibus cõditur. Tunc & Senatus centum seniorum, qui Patres dicti sunt, constituitur. Tunc & vicinis connubia pastorum dedignantibus, virgines Sabinæ rapiuntur, finitimisq; populis armis subiectis, primùm Italiæ, mox orbis imperium quæsitum.

Hastæ Regum pro diademate insignia σκηπτοῦχοι βασιλεύς. apud Homerum. α. Il.

Per ea adhuc tempora, Reges hastas pro diademate habebant, quas Graci σκῆπτρα dixêre. Nam & ab origine rerum pro dijs immortalibus veteres hastas coluêre: ob cuius religionis memoriam, adhuc Deorum simulachris hastæ adduntur. Temporibus Tarquinij Regis, ex Asia Phocensium iuuentus ostio Tyberis inuecta, amicitiam cum Romanis iunxit.

Senatus Romanorum.

Prisci (vt Eusebius in Chronicis) Tarquinij temporibus, Phocenses in Italiam traiecerunt. Atque hic Massilienſium origo docetur, quorum etiam meminit Thucydides in proœmio. φωκαῆς τε μασσαλίαν οἰκίζοντες.

Inde in vltimos Galliæ sinus nauibus profecta, Massi-

Maſſiliã inter Ligures, & feras gẽtes Gallorum condidit, magnasq; res, ſiue, dum armis ſe aduerſus Gallicam feritatem tuentur, ſiue, dum vltrò laceſſunt, à quibus fuerant antè laceſſiti, geſſerunt. Namq; Phocenſes ex ignauitate ac macie terræ coacti, ſtudioſiùs mare, quàm terras exercuerunt: piſcãdo, mercando, plerunq; etiam latrocinio maris, quod illis temporibus gloria habebatur, vitam tolerabant. Itaq; in vltimam Oceani oram procedere auſi, in ſinum Gallicum hoſtio Rhodani amnis deuenêre: cuius loci amœnitate capti, reuerſi domum, referẽtes quæ viderant, plures ſollicitauêre. Duces claſſi Furius & Peranus fuêre. Itaque ad regem Segoregiorum, Senanum nomine, in cuius finibus, vrbem condere geſtiebant, amicitiam petentes, conueniunt. Fortè eo die Rex occupatus in apparatu nuptiarum Gyptis filiæ erat, quã more gentis, electo inter epulas genero, nuptum tradere illi parabat. Itaq; cùm ad nuptias inuitati omnes †proci eſſent, rogantur & Græci hoſpites ad conuiuium. Introducta deinde virgo, cùm iuberetur à patre aquam porrigeri ei: quem virum eligeret, tunc omiſſis omnibus ad Græcos conuerſa, aquam Perano porrigit: qui factus ex hoſpite gener, locum condendæ vrbis à ſocero accepit. Cõdita igitur Maſſilia eſt propè hoſtia Rhodani amnis, in remoto ſinu, veluti in angulo maris. Sed Ligures incrementis vrbis inuidentes, Græcos aſſiduis bellis fatigabant. Qui pericula propulſando, in tantum enituerunt, vt victis hoſtibus, in †Capertinis agris multas colonias conſtituerent.

Furius & Peranus Phocenſiũ duces.

† Proceſſiſſent. in ſperatę nuptię.

Maſſilia vbi condita.

†captiuis.

Galli ciuilem & manſuetiorem viuendi ra-

di rationem à Græcis edocti.

Ab his igitur Galli, & vsum vitæ cultioris, depositæ & mansuefactæ barbariæ, & agrorum cultus, & vrbes mœnibus cingere didicerunt. Tunc & legibus, non armis viuere, tunc & vitem putare, tunc oliuam serere consueuerunt. Adeoq; magnus & hominibus & rebus impositus est nitor, vt non Græcia in Galliam emigrasse, sed Gallia in Græciam trãslata videretur. Mortuo rege Senano Segoregiorum, à quo locus acceptus condẽdæ vrbis fuerat, cum regno filius eius succesisset Communus, adfirmante regulo quodã, quandoque Maßiliam exitio finitimis populis futuram, opprimendamq; in ipso ortu, ne mox validior ipsum obrueret, subnectit & illam fabulam: Canem aliquando partu grauidam, locum à pastore precariò petijsse, in quo pareret: quo obtẽto, iteratò petijsse, vt sibi educare in eodem loco catulos liceret: ad postremum adultis catulis, fultam domestico præsidio, proprietatẽ loci sibi vendicasse. Non aliter Maßilienses, qui nunc inquilini videantur, quandoque dominos regionum futuros.

Communus

Elegans fabula.

Quandoq; pro aliquando.

Communi in Maßilienses insidiæ.

His incitatus Rex, insidias Maßilienßibus extruit. Ita solenni † Floraliorum die multos fortes, ac strenuos viros hospitij iure misit in vrbem: plures scirpis latentes, frondibusq; supertectos induci vehiculis iubet: & ipse cum exercitu in proximis montibus delitescit: vt cum nocte prædictis apertæ portæ forẽt, tempestiuè ad insidias adessent: vrbẽq; somno ac vino sepultam armati inuaderent. Sed has insidias mulier quædam

† Floralium.

Insidiæ per mulierem produntur.

quædam Regis cognata prodidit, quæ adulterari cum Græco adolescente solita, in amplexu iuuenis, miserata formam eius, insidias aperit, periculumq; declinare iubet. Ille rem statim ad magistratus defert: atq; ita patefactis insidijs, Ligures comprehēduntur: latentesq; de scirpis protrahuntur: quibus omnibus interfectis, insidianti regi insidiæ tenduntur.

Insidiæ in auctoris caput versæ.

(Inde etiam est, quod cum telo nemini licuit intrare vrbem. Valerius Maximus. lib. II.)

ἐπιφώνημα.

Cæsa sunt cum ipso rege hostiū VII. millia. Exinde Massilienses festis diebus portas claudere, vigilias agere, stationem in muris obseruare, peregrinos recognoscere, curas habere, ac veluti bellum habeant, sic vrbem pacis temporibus custodire.

Massilienium bella & fortia facta.

Adeò illic bene instituta, non temporum necessitate, sed rectè faciendi consuetudine seruātur. Post hac illis magna cum Liguribus, magna cum Gallis fuêre bella: quæ res, & vrbis gloriam auxit: et virtutē Græcorum multiplicata victoria celebrem inter finitimos reddidit. Carthaginensium quoque exercitus, cùm bellum captis piscatorum nauibus ortū esset, sæpè fuderunt, pacemq; victis dederunt. Cum Hispanis amicitiam iunxerunt, cum Romanis propè ab initio cōdita vrbis, fœdus summa fide custodierūt: auxilijsq; in omnibus bellis industriæ socios iuuerunt: quæ res illis & virium fiduciam auxit, & pacem ab hostibus præstitit. Cùm igitur Massilia, fama rerum gestarum, & abundantia opum, & virium gloria virente floreret, repentè

Massiliensium cum Romanis fœdus & amicitia.

repentè finitimi populi ad nomen Maßilienſiū delendum, veluti ad commune extinguendum incendium, concurrunt. Dux conſenſu omnium Caramandus regulis eligitur: qui, cùm magno exercitu lectiſſimorū virorum vrbem hoſtium obſideret, per quietem, ſpecie toruæ mulieris quæ ſe Deā dicebat, exterritus, vltrò pacem cum Maßilienſibus fecit petitq; vt intrare vrbem, & Deos eorum adorare liceret. Cùm in arcem Mineruæ veniſſet, conſpecto in porticibus ſimulachro Deæ, quam per quietem viderat, repentè exclamat: Illam eſſe, quæ ſe nocte exterruiſſet: illamq; recedere ab obſidione iußiſſe, gratulatusq; Maßilienſibus: quòd animaduerteret eos ad curam Deorū immortalium pertinere, torque aureo donata Dea, in perpetuam amicitiam cum Maßilienſibus iunxit. Parta pace et ſecuritate fundata, reuertentes à Delphis Maßilienſiū legati, quò miſſi munera Apollini tulerant, audiuerūt vrbem Romanam à Gallis captam, incenſamq;. Quā rem nunciatam domi, publico funere Maßilieſes proſecuti ſunt, aurumq; & argentum publicum & priuatum contulerunt ad explendum pondus Gallis, à quibus redemptā pacem cognouerāt. Ob quod meritū & immunitas illis decreta, et locus ſpectaculorum in Senatu datus, & fœdus æquo iure percuſſum. In poſtremo libro Trogus maiores ſuos à Volſcis originē ducere: auū ſuum Trogū Pompeiū Sertoriano bello ciuitatem Cn. Pompeio peperciſſe dicit. Patruū Mithridatico bello, turmas equitum ſub eodē Pompeio duxiſſe. Patrē quoq; ſub Caio Cæſare militaſſe, epiſtolarūq;, & legationum ſimul, & annuli curam habuiſſe.

Caramandus dux.

Maſſilienſium erga Romanos ſtudium.

Pōpei Trogi genus & maiores.

Annuli

Annuli cura, quæ hodie penes Cācellarios (vt vulgò appellamus) est.

IVSTINI HISTORICI LIBER XLIIII.

De Hispania. Hispania vnde dicta, Hispaniæ situs.

Hispania sicuti Europæ terminos claudit: ita & huius operis finis futura est. Hanc veteres ab Hybero amne primum Hyberiam, postea ab Hispalo Hispaniam cognominauerunt. Hæc inter Africam & Galliam posita, Oceani freto & Pyrenæis montibus clauditur: sicut minor vtraque terra, ita vtraque fertilior. Nam neque vt Africa violento Sole torretur, neq; vt Gallia assiduis ventis fatigatur, sed media inter vtranque: hinc temperato calore, inde fœlicibus & tempestiuis imbribus, in omnia frugum genera fœcunda est.

Hispaniæ laus & fertilitas.

Quacunque ambitur mari, Plinius lib. vltimo.

Adeò non ipsis tantùm incolis. verùm etiam Italiæ, vrbiq; Romanæ cunctarum rerum abundantiam †sufficiat. Hinc enim non frumenti tantùm copia magna est, verùm etiam vini, mellis, oleiq;. Nec ferri solùm materia præcipua est, sed & equorum pernices greges. Nec summa tantùm terræ laudanda bona, verùm & abstrusorum metallorum fœlices diuitiæ. Iam lini sparti q; vis ingens.

†Suppetat.

De Sparto, Plin. lib. 91. cap. 2. Gell. li. 17. cap. 3. meminit.

Minÿ

Minÿ certè nulla feracior terra. In hac cursus amnium, non torrentes rapidiq́, vt noceant, sed lenes, et vineis campiq́, irrigui, æstuarijsq́ Oceani affatim piscosi. Pleriq́ etiam diuites auro, quod in laudibus vehunt. Vno tantum Pyrenæi montis dorso adhæret Galliæ: reliquis partibus vndiq́ in orbem mari cingitur. Forma terræ propè quadrata, nisi, quòd arctantibus freti littoribus in Pyrenæum cogit.

Hispaniæ flumina.

†Vni. Hispaniæ descriptio.

Pyrenæi montis spatium.

Porrò Pyrenæi montis spatium sexcenta millia passuum efficit. Salubritas cœli per omnem Hispaniam, æqualisq́ aëris spiritus, nulla paludum graui nebula inficitur. Huc accedunt & marinæ auræ, vndiq́ versus assidui flatus, quibus omnem prouinciam penetrantibus, euentilato terrestri spiritu, præcipua omnibus sanitas redditur. Corpora hominum ad inediam laboremq́, animi ad mortē parati. Dura omnibus & stricta parsimonia: bellum, quàm otium malunt: si extraneus deest, domi hostem quærunt. Sæpè tormentis pro silentio rerum creditarum immortui: adeò illis fortior taciturnitatis cura, quàm vitæ. Celebratur eadē etiam bello Punico serui illius patientia.

Hispaniæ saluberrimus aër.

Hispanorū mores.

ἐπιφώνημα.

(Interfecto Asdrubale, Valerius Maximus.)

Qui vltus Dominum, inter tormenta risu exultauit: serenaq́ latitia crudelitatem torquentium vicit.

Rarum patientiæ exemplum.

Militaris rei scientia Hispanorum.

Velocitas genti pernix, inquies animus, plurimis militares equi, & arma sanguine ipsorum chariora.

Nullus, nisi festis diebus epularum apparatus. Aqua calida lauari post secundum bellum Punicū à Romanis didicēre In tanta seculorum serie nullus illis dux magnus, præter Viriatum fuit: qui annos decem Romanos varia victoria fatigauit (adeò feris propiora quàm hominibus ingenia sunt) quem ipsum non iudicio populi electum, sed vt cauendi scientem, declinandorum periculorū peritum, secuti sunt. Cuius ea virtus, continentiaq; fuit, vt cum consulares exercitus frequenter vicerit, tantis rebus gestis, non armorum, non vestis cultum, non denicq; victum mutauerit, sed in eo habitu, quò primùm bellare cœpit, perseuerauerit: vt quiuis gregarius miles ipso Imperatore etiam opulentior videretur. In Lusitanis iuxta fluuium Tagum equas vento concipere multi auctores prodiderunt, quæ fabulæ ex equarum fœcūditate & gregum multitudine natæ sunt: qui tanti in Gallecia, ac Lusitania, tam pernices visuntur, vt nō immeritò ipso vento † concepti videantur. Galleci autem, Græcam sibi originem asserunt. Siquidem post finem Troiani belli Teucrum morte Aiacis fratris inuisum patri Telameni, cùm non reciperetur in regnum, Cyprum concessisse, atque ibi vrbem, nomine antiquæ patriæ, Salamonam condidisse. Inde accepta opinione paternæ mortis, patriam repetisse. Sed cùm ab Euryface Aiacis filio accessu prohiberetur. Hispaniæ littoribus appulsum, loca, vbi nunc est Carthago noua occupasse: inde Galleciam transisse: positisq; sedibus genti nomen dedisse. Gallecia autem portio, Amphilochi dicuntur. Regio cùm æris et plumbi vberrima, tum minio, quod etiam

Viriati moderatio.

ἀπιφῶνημα.

Fabula de equabus Hispanorum.

(Flante Fauonio.)

Galleci.

Teucer.

Salamina.

etiam vicino flumini nomen dedit.

Galliciæ fertilitas circa Beticam.

Auro quoq; ditissima, adeò, vt etiam aratro frequenter glebas aureas excindant. In huius gentis finibus sacer mons est, quem ferro violari nefas habetur. Sed si quandò fulgure terra prosciſſa est (quæ in his locis assidua res est) detectum aurum, velut dei munus colligere permittitur. Fœmina res domesticas, agrorumq; culturas administrant: ipsi armis, & rapinis seruiunt. Præcipua his quidem ferri materia, sed aqua ipso ferro violentior. Quippe temperamento eius ferrum acrius redditur: nec vllum apud eos telum probatur, quod non aut Bilbili fluuio, aut Chalybe tingatur. Vnde etiam Chalybes fluuij huius, finitimi appellati, ferroq; cæteris præstare dicuntur. Saltus verò Tarteſiorum, in quibus Titanas bellum aduersus deos gessisse proditur, incoluêre Curetes. Quorum rex vetustissimus Gargoris, mellis colligendi vsum primus inuenit. Huic cùm ex filia stupro nepos prouenisset, pudore flagitij, variis generibus extingui paruulum voluit: sed per omnes casus, fortuna quadã seruatus ad postremum ad regnum tot periculorum miseratione peruenit. Primum omnium, cùm eum exponi iussisset, & post dies ad corpus expositi requirendum misisset, inuentus est vario ferarum lacte nutritus.

Sacer mons.

Chalybes.

Saltus Tarteſiorum.

gigantes.

Curetes.

Dissentit à seipso.

Gargoris.

Exemplum impietatis & crudelitatis in nepotem. Sed puer nutritus à cane, sue, postremum cerua.

Deinde relatum domum tramite angusto, per quẽ armenta commeare consueuerant, proijci iubet: cru-

delis prorsus, qui proculcari nepotem, quàm simplici morte interfici maluit. Ibi quoque, cùm inuiolatus esset, nec alimẽtis egeret, canibus primò ieiunis, & multorum dierum abstinẽtia cruciatis, mox etiam suibus obijci iubet. Itaq;, cùm non solùm non nocerent, verum etiam quarundam vberibus alerẽtur, ad vltimũ in Oceanum abijci iussit. Tum planè manifesto quodam numine inter furentes æstus, ac reciprocantes vndas, velut naue non fluctu veheretur, leni salo in littore exponitur: nec multò pòst cerua adfuit, quæ vbera paruulo offerret. Inde demique conuersatione nutricis eximia puero pernicitas fuit, interq; ceruorum greges diu montes, saltusq;, haud inferior velocitate peragrauit. Ad postremum laqueo captus, Regi datus dono est. Tunc ad lineamentorum similitudinem ex notis corporis, quæ iniustæ paruulo fuerant, nepos est agnitus. Admiratione deinde tot casuum periculorumque, ab eodem successor regni destinatur.

Habis Rex. Nomen illi impositum Habidis, qui vt regnum accepit, tantæ magnitudinis fuit, vt non frustrà Deorum maiestate periculis ereptus videretur. Quippe barbarum populum legibus iunxit, & boues primò aratro domari, frumentaq; sulco serere docuit: & ex agresti cibo melioribus vesci, odio eorũ, quæ ipse passus fuerat, homines coegit. Huius casus fabulosi viderentur, nisi & Romanorum conditores lupa nutriti, & Cyrus Rex Persarum, cane alitus proderetur. Ad hoc & ministeria seruilia populo interdicta, & plebs in septem vrbes diuisa. Mortuo Habide regnum per multa secula à successoribus eius retẽtum est. In alia parte Hi-

spaniæ,

ſpaniæ, & quæ ex inſulis conſtat, regnum penes Geryonem fuit. In hac pabuli tanta lætitia eſt, vt niſi abſtinentia interpellata, ſagina fuerit, pecora rumpantur. Inde deniq; armenta Geryonis, quæ illis temporibus ſolæ opes habebantur, tantæ famæ fuêre, vt Herculem ex Aſia prædæ magnitudine illexerint. Porrò Geryonem ipſum non triplicis naturæ (vt fabulis proditur) fuiſſe ferunt, ſed tres fratres tantæ concordiæ extitiſſe, vt vno animo omnes † regi viderentur : nec † regere. bellum Herculi ſua ſponte intuliſſe, ſed cùm armenta ſua rapi vidiſſent, amiſſa bello repetiſſe. Poſt regna deinde Hiſpaniæ, primi Carthaginenſes imperium prouinciæ occupauêre.

Geryon.

Hiſtoria de Hercule & Geryone.

Quæ fuerit Carthaginenſibus occaſio Hiſpaniæ occupandæ.

Nam cùm Gaditani à Tyro, vndè & Carthaginẽſium origo eſt, ſacra Herculis per quietem iuſſi in Hiſpaniam tranſtuliſſent, vrbemq; ibi condidiſſent, inuidentibus incrementis nouæ vrbis finitimis Hiſpaniæ populis, ac propterea à Gaditanos bello laceſſentibus, auxilium conſanguineis Carthaginenſes miſerũt. Ibi fœlici expeditione, & Gaditanos ab iniuria vindicauerunt : & maiorem partem prouinciæ imperio ſuo adiecerunt. Poſteà quoq;, hortantibus primæ expeditionis auſpicijs, Amilcarem Imperatorem, cùm magna manu ad occupandam prouinciam miſerunt : qui magnis rebus geſtis, dum fortunam incõſultiùs ſequitur, in inſidias deductus occiditur. In huius locum gener ipſius Aſdrubal mittitur, qui & ipſe à ſeruo Hiſpani cuiuſdam, vlciſcentes Domini iniuſtam necem,

interfectus est. Maior vtroq; Annibal imperator Amilcaris filius succedit. Siquidem res gestas vtriusque supergressas, vniuersam Hispaniam domuit. Inde Romanus illato bello, Italiam per annos sedecim varijs cladibus fatigauit. Cùm interea Romani, missis in Hispaniam Scipionibus, primò Pœnos prouincia expulerunt. Posteà, cùm ipsis Hispanis grauia bella gesserunt, nec priùs perdomitæ prouinciæ iugum Hispania accipere potuerunt, quàm Cæsar Augustus perdomito orbe, victricia ad eos arma transtulit, populumq; barbarum ac ferum, legibus ad cultiorem vitæ vsum traductum, in formam prouinciæ redegit.

FINIS.

LECTO.

ANNOTATIO LECTORI.

Quanquàm in Monarchijs & annorum ratione constituenda vehemẽter varient authores, tamen vt historiæ series atq; ordo facilius à pueris posset percipi, adnotauimus partim ab Eusebio, partim ex Berosso & Metasthene ea tantùm, quæ ad planiorem paulò, & explicatiorem Iustini lectionem conducere videbantur.

Prima Monarchia Assyriorum in qua reges fuerunt.

NINVS Iouis Beli filius regnauit primus annis 52
Semiramis Nini vxor 2. annis 42
Zames Nineas Semiramidis filius 3. annis 38
Arius 4 annis 30
Aralius 5. annis 40
Baleus Zerxes 6. annis 30
Armatrites 7. annis 38
Belochus Baal sacerdos 8. annis 35
Baleus 9. annis 52
Altadas 10. annis 32
Mamitus 11. annis 30
Mancaleus 12. annis 30
Sterus, seu Pherus 13. annis 20
Mamelus 14. annis 30
Sparetus 15. annis 40
Ascatades 16. annis 40
Amynthas 17. annis 45
Belochus 18. annis 25
Bellopares 19. annis 30
Lamprides 20. annis 32
Sosares 21.

Sosares 21.	annis 20
Lampares 22.	annis 30
Panyas 23.	annis 45
Sosarmus 24.	annis 19
Mitreus 25.	annis 27
Tautanes 26.	annis 32
Tauteus 27.	annis 40
Tineus 28.	annis 30
Dercillus 29.	annis 40
Eupalus 30.	annis 38
Laosthenes 31.	annis 45
Pyriciades 32.	annis 30
Ophrateus 33.	annis 20
Ophratanes 34.	annis 50
Ocrasapes 35.	annis 42
Sardanapalus 36. & postremus.	annis 20

Dura-

Durauit hoc Assyriorum imperium annis M.CC. XXXIX.

Secundæ Monarchiæ Medorum reges.

Arbaces 1.	*annis 28*
Mandanes 2.	*annis 50*
Sosarmon 3.	*annis 30*
Articarmines 4.	*annis 50*
Arbianes 5.	*annis 22*
Arceus 6.	*annis 40*
Artines 7.	*annis 22*
Astibares 8.	*annis 20*
Astyages 9.	*annis 30*

Stetit Medorum regnum annis CCC. minus VIII.

Tertia Monarchia Persarum, habuit reges XIIII.

Cyrus primus imperauit	*annis 30*
Cambyses 2.	*annis 7. mensibus 5*
Patizites, & Smerdis, fratres Magi. 3.	*mensibus 7*
Darius 4.	*annis 36*
Xerxes 5.	*annis 20*
Artabanus præfectus, qui Xerxem occidit,	*mensibus 7*
Artaxerxes Longimanus 7.	*annis 40*
Xerxes 8.	*mensibus 2*
Sogdianus 9.	*mensibus 8.*
Darius Nothus 10.	*annis 19*
Artaxerxes Mnemon 11.	*annis 40*

Artaxerxes Ochus 12.	*annis 15*
Anſes 13.	*annis 4*

Darius Arſani filius, quem Iuſtinus Codomanum dicit appellatum, annis ſex imperat.

Durauit Perſarum imperium annis CCXXX. & menſibus V.

Quarta Monarchia Alexandri, ſeu Macedonum.

Eſt autem rerum ſumma potitus Alexander annis XII. poſt quem inter principes regna ſunt diuiſa.

Macedonum.

Arideus	*annis 7*
Caſſander	*annis 18*
Antipater & Alexander	*annis 4*
Demetrius	*annis 6*
Pyrrhus	*menſibus 6*
Lyſimachus	*annis 6*
Ptolemæus Κεραυνος	*anno 1*
Meleagrus	*menſibus 2*
Antipater	*anno 1*
Soſthenes	*annis 2*
Antigonus Gonathas	*36*
Demetrius	*annis 10*
Antogonus	*annis 15*
Philippus	*annis 42*
Perſeus vltimus Macedonum rex.	*annis 10*

Summa annorum Macedonici regni, CLIIII. anni, menſes VIII.

Aſiæ.

Antige-

Antigonus.	annis 18
Demetrius πολιορκήτης.	annis 17

Syriæ.

Seleucus Nicanor.	annis 32

Syriæ & Asiæ.

Antiochus Soter.	annis 43
Antiochus Theos.	annis 15
Seleucus Gallinicus.	20
Seleucus Ceraunus.	annis 3
Antiochus magnus.	36
Seleucus Philopator.	12
Antiochus Epiphanes.	11
Antiochus Eupator.	2
Demetrius Soter.	annis 22
Alexander.	annis 10
Demetrius	annis 3
Antiochus Sedetes.	annis 9
Demetrius iterum.	annis 4
Antiochus Gryphus.	21
Antiochus Cyricœnus.	18
Philippus.	annis 2

Durauit Syriæ regnum annis CCLXXXIX.

Aegypti.

Ptolomæus Lagi filius.	40
Ptolemæus Philadelphus.	annis 58
Ptolemæus Euergetes.	26
Ptolemæus Philopator.	17
Ptolemæus Epiphanes.	annis 24
Ptolemæus Euergetes.	20

Ptole-

Ptolemæus Phiſcon ſiue Soter.	*annis 17*
Ptolomæus Alexander.	*10*
Ptolemæus Lathirus.	*8*
Ptolemæus Dionyſius.	*30*
Cleopatra.	*annis 22*

Stetit Aegypti regnum poſt Alexandrum annis CCLXXXVIII.

Alexandri monarchia durauit annos CCC.

FINIS.



Phisonn
Alexand


BIBLJOTEKA KÓRNICKA
14000

